Est. 335
Nº 29

Tratados — 3

Cat. 5 (1º)

Cat 6 (2º)

Cat. 229 (3º)

i18440253

Cat. 5 1ª

# Incipit preclarum opus Alberti magni de predicabilibus et predicamentis·

De logica intendentibus
primum cōſiderandum
eſt qualis ſcientia ſit logi
ca. et an ſit aliqua pars
philoſophie. Et ad quid
neceſſaria. Et cuius uti-
litatis. deiñ autē de quo
eſt et que diuiſio ipſius. ut habitis omnibꝰ
partibus ipſius ſciatur quando eſt perfec-
te uel imperfecte tradita uel deſcripta. Cir
ca oīa enim hec diuerſa dicere videnť an-
tiqui. Quidā enim antiquoꝝ logicā nullā
eſſe ſcientiā cōtenderūt: dicētes nō poſſe eē
ſciētiam id qđ ē omnis ſcientie ſiue doctrīe
modus. Modus autē oīs doctrine logica
eſt eo ꝙ aliquo genere ꝑſuaſionis vtiť oīs
qui docet. vel aſtruere conať aliquid. oīs
autē ꝑſuaſio per ſmonē logica eſt ſiue ſilo
giſmo ſiue entimemate ſiue inductione ſiue
exemplo vtať qui docet uel perſuadꝫ. Mo
dus igiť omnis doctrine logica ē. Et ſic oīs
doctrine modus eſt ſcientia logica. Nulla
igiť eſt doctrina ſpecialis que logica ſit di
cenda ꝓpť ꝙ et Ariſtotiles ī quarto prīe phi
loſophie ſue. et ſimiľr Auerois dicunt om
nis ſcientie modū eſſe ipām ſcientiā que eſt
et vocať logica: Et ꝙ nō ſimul adiſci poteſt
ſcientia et ſcientie modus. ſꝫ oportet prius
diſcere modū: Et deīde per modū iam ꝑ
fecte apprehenſum adiſcere tentare ſcienti
am: Sed nō ſatis conſiderauerūt ꝙ quam
uis ſcientie ſint multe. ⁊ quelibet ſpecialem
habeat modū qui differt a mō alterius. ſi
cut ⁊ vna queqꝫ ſcientia differt ab altera. ē
tamē vnus cōmunis modus ſciētie ꝑ quod
dā cōe qđ eſt in omni ſciētia. Et hoc eſt qđ
per iueſtigationem rōnis ex cognito deue
niť ad cognitionē incogniti. hoc enī fit ī oī
ſcientia quocūqꝫ modo dicta ſiue ſit demō
ſtratiua ſiue nō demōſtratiua. Et gratia il
lius cōis eſt in omni ſciētia. modus vnus
cōmunis eſt oīs ſcientie. Et hic modus ē ꝑ
actū rōnis q rōcinatio ſiue argumētatio ē
de cognito de cogniti ꝓcedēs ī ſciētiā eiꝰ qđ
erat incognitū. Secundū ꝙ yſac ī libro de
diffinitionibus rationē diffinēs dicit ꝙ rō
eſt aīe intellectualis virtus faciens currere
cām in cauſatū. Cauſā generaliť vocās et
large omne qđ ſecundū intellectū ſimplici
ter uel quo ad nos antecedit ut cognitū. ꝑ
cuius cognitionē ductu rōnis deueniť ī no
ticiā īcogniti. Hic autē modus cōmunis cōis
ſit per hoc ꝙ poniť ī qualibet ſciētia. tamē
ſecūdum ſe ꝯſideratus ⁊ nō īmixtus ſciētiis
eſt quoddā ꝑ ſe diſtinctum. ab oībus aliis.
Et hoc modo conſideratus hic modus pōt
eſſe ſbm ſciētie. et ſciētia ſpecialis de ipſo eſt
in qua tamē ſcientia eundem modū obſua
ri neceſſe eſt. qꝛ ſcientia talis modi non niſi
modo logico doceri pōt: vt enim dicit Aui-
cena modus hic oībus hoībus ꝑ hoc ꝙ itel
lectuales ſunt quodam modo ꝑ naturā in
dictus eſt. Sꝫ īpfectus eſt q ī natura ē. ꝑ
ficiť autē ꝑ artem adhibitā: id enī ꝙ ī na
tura eſt ſeminariū ⁊ īperfectū eſt. ⁊ quaſi in
potentia exiſtēs. Et hoc. n. ꝙ hō intellectu
alis eſt et ītelligentie ſtramentū ī quo ſter
nunť forme ītellectuales in actu luminis ī
telligentie. et ꝑ ītellectū cōpoſitiuus eſt vni
us forme cū alia. ꝑ cōpoſitionē vel diuiſio
nem fit hō admiratiuus eorū q̄ cōprehen
dit accipiendo ꝑ ſenſum et ītellectū uel per
intellectū ſolū: per hoc autem ꝙ admirati
uus eſt ſuſpendiť ad īquiſitionē. ⁊ per īquī
ſitionem cōperat vnū alteri. ꝑ comperatio
nem autē vniuſcū altero ab eo qđ eſt notū
deduciť ad ignoti noticiā. Et ſic hic logice-
modus a natura quidem īcipit ꝑficiť aūt
arte. et vſu ⁊ exercitio recipit perfectionē
ſicut et victorinus optime dicit ꝙ natura
facit habilem. Ars facilem. vſus autē po
tentē. ſic enim natura ꝑfecte ſunt oēs artes
⁊ omnes ſciētie. Et hinc eſt ꝙ ars naturam
imittať. ⁊ ſicut dicit homerus quidā per ſo
lā naturā ī talibus ſunt ꝑfecti ⁊ boni. Quidā
autē nō per naturā. ſꝫ qꝛ doctores taliū ī ani
mo ponūt. ⁊ illi boni efficiunť talia ī animo
ponētes per ꝯprehēſionē principiorum ar
tis ⁊ ſciētie. Quidā uero tā erronei ſunt q
nihil taliū in ſe habēt nec ab aliis ſuſcipere
poſſunt. quos homerus ad vnū ⁊ bonū co
gnoſcēdū reputat inutiles. Patet igitur ꝙ
logica vna eſt ſpecialiū ſciētiarū ſicut in fa-
brili ī q̄ ſpecialis ē ars fabricādi malleū. cu
ius tñ vſus oībus adhibeť que arte fabrili
fabricanť. inueſtigatio enim ſiue rō inueſti-
gās ignotū per notū ſpeciale quoddā eſt qđ
paſſiones habꝫ ⁊ differētias ⁊ partes ⁊ prī
cipia que dū de ipſo ꝓbanť ars. ⁊ ſciētia ef-
ficiť ſpecialis. cuius vſus poſtea oībus adhi
beť ſciētiis. ſic igiť patet ꝙ logica generaliť
dicta. ſcientia eſt ſpecialis. de qua nunc eſt
tractandum.

Anc autē ſciētiam qui modus eſt
omnis phīe. Quidā nullā partem
eſſe phīe contendunt dicentes non
niſi tres eſſe partes phīe. ſ. phiſicam mathe
maticā ſiue diſciplinalē ⁊ methaphiſicā ſi
ue diuinā. Cū enim diffinicio dicēs quid ⁊
ꝓpť qđ mediū ſit ī ſcīa. ⁊ diffinitio nō poſſit
variari niſi tripliciter. ſ. ꝙ aut ꝯcipiat ma
teriā ſenſibilē que cū motu eſt ⁊ mutatione
Aut ꝯcipiat materiā ītelligibilē cuius eſſen

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD DE SEVILLA

tia nõ eſt cũ motu ⁊ mutatiõe ſecũduz rõnẽ
quãuis ſecundũ eſſe ſit i materia que eſt cuz
mutatione ⁊ motu. ſicut ẽ magnitudo ⁊ nu
merus. Aut nec ſecundũ eſſentiã nec ſecũdũ
eſſe ꝯcipiat materiã ſenſibilẽ. videť ꝙ phia
nõ habeat niſi tres ptes eſſentiales ſicut et
Ariſtotiles i ſexto pme phie dicere videť
ꝓ quod nõ nulli logicã ſciẽtiam ſiue rationa
lẽ nullã ptem dicũt eſſe phie. Addũt etiã ad
ſue aſſertionis confirmationẽ ꝙ nullius rei
modus cũ re cuius modus ẽ venit i gene-
ris ſui diuiſionẽ. Conſtat autẽ ꝙ logica ge-
neraliter dicta modus phie eſt. Nõ ergo ue
nire uideť ad phie diuiſionẽ nec uideť i ali
qua pte huius generis ꝙ eſt phia contineri.
Hãc autẽ opinionẽ alij quidã impugnantes
dicũt phie generalis eſſe intẽtionem omnẽ
omniũ quocũqz modo entiuz cõprehendeť
veritatẽ quãtum hõi poſſibile eſt cõprehen
dere eã ſecundũ rationẽ ⁊ intellectũ. Ea au
tẽ que ſunt dicunť eſſe aut ab opere noſtro ſi
ue a voluntate ſiue ẽt ab intellectu ſciẽtiam
querẽte. Aut a natura generaliť dicta que
ab opere noſtro cauſari nõ põt: Et cũ ea que
a natura noſtre ſint cãe ſciẽtie ⁊ non nos ſu
mus cã ipſoꝝ nõ poteſt de illis eſſe ſcientia
pratica. Relinquiť ergo ꝙ de talibus apud
nos nõ eſt niſi ſciẽtia cõtẽplatiua que lumi
ne intelligẽtie perficiť. Eoꝝ autez quoꝝ nos
ſumus cauſa ꝑ voluntatẽ nõ poteſt eſſe apđ
nos ſciẽtia ſpeculatiua ſed tantum pratica.
Eadẽ enim ſunt i qualibet ſcibili pncipia ⁊
cauſe ⁊ elemẽta cognoſcẽdi que ſunt princi-
pia eſſendi q2 aliter ſequereť ꝙ id ꝙ ſcitur a
nobis nõ ſciť ſecundũ id ꝙ eſt. ſed potius ſci
reť ſecundũ id ꝙ nõ eſt. Et ſic falſo modo ſci
reť oẽ ꝙ ſciť ꝙ abſurdũ ẽ. Relinquiť igitur
ꝙ de entibus a natura cauſatis nõ poteſt eẽ
ſciẽtia per ea que ſunt a nobis ſed potius ſci
entia eoꝝ habetur ex principijs cauſantibꝰ
eſſentiam ⁊ eſſe eorum i natura que nõ niſi
per contẽplationez ſunt in nobis. Eoꝝ autẽ
que ſunt a nobis nõ poteſt eſſe ſcientia uera
apud nos. niſi per ea principia que ſunt i no
bis. per que nos ſumus cã eorum que a no
bis ſunt. cuius finis nõ eſt vꝫ: ſed bonuz ꝙ
nobis bonũ eſt. Similiter igiť alicuius phie
erit itentio comprehẽdere veritatez eius ꝙ
in nobis eſt. ſecundũ rationẽ qua nitiť compꝫ
hẽdere vitatem eius ꝙ rationis ductu uia
eſt in omnẽ cognitionẽ omnium eorũ quorũ
cognitio ſit in nobis ꝑ ea que cognita ſũt apđ
nos. ex quibus nos proficimus ad ſcientiaz
incognitoꝝ. Erit igitur de intẽtione phie ẽt
logica ſcientia que eſt rationalis. Adhuc ãt
huius ſignum dicunt ꝙ apud peripateticos
phia in tres partes prima diuiſione diuiſa
eſt in phicam. ſ. generaliter dictam. ⁊ eticã
generaliter dictã. ⁊ rationalem ſiľr acceptã
Dico autẽ phicam generaliter dictam que
comprehẽdit ⁊ naturalem ⁊ diſciplinalem
⁊ diuinã. Ethicã autẽ generalẽ que in ſe cõ
tinet ⁊ monoſticã ⁊ yconomicã ⁊ ciuilẽ. Ra
tionalẽ autẽ generalẽ que comprehẽdit om
nẽ modũ deueniendi de noto ad ignotũ quo
cunqz modo. ꝙ per mľta genera ꝓbationũ
fit ⁊ in ſequẽti oſtendetur. manifeſtum ẽ igi
tur ꝙ logica aliqua pars eſt phie. Adhuc
autem ſi aliquid eſt de intentione phie tũc
hoc maxime de intentione philoſofie erit ſi
ne quo nullus i phia in aliquam deuenire
poteſt cognitionẽ. Ignorãs autem logicam
nullus ignoti pfectã poteſt acquirere cogni
tionẽ. eo ꝙ ignorat modũ per quẽ deuenire
oportet de noto ad ignoti noticiã. videť er
go logicam precipue eſſe de intentione phie
Hãc autem contẽtionez Auicena ⁊ Alfara
bius dicũt eſſe friuolam ⁊ ifructuoſaz: friuo
lam quidem quia incontradicendo ſibi iten
tionẽ ad idẽ eodẽ modo dictum nõ referunt
Dicẽtes enim logicã phie partem nõ eſſe
realem ⁊ cõtemplatiuã phiam vocãt. Con
tradicẽtes autẽ his ⁊ dicẽtes logicam par
tem phie eſſe. omnem cõpreſſionẽ veritaťs
qualitercũqz exiſtẽtis ſiue i ſe ſiue in nobis
cognoſcẽtibus uel operãtibus vocant phiaz
⁊ ſic friuole contẽdunt nõ ad idẽ ſuam reffe
rentes intẽtionẽ. In fructuoſa ẽt huiuſmõi
cõtentio q2 de ꝓpoſita nihil declarat itenti
one ⁊ ſic nihil ꝓdeſt ad ꝓpoſitũ. Eſt igiť lo
gica vna ptium phie generaliter dicte. que
omnis admirabilis itendit cõprehẽdere ue
ritatẽ ſecundũ modũ ſecũdũ quẽ poſſibile ẽ
cõprehẽdere eã ex ꝓprijs principijs eius ꝙ
admirať. Hoc enim variať ſecundũ vniuſ
cuiuſqz ſciẽtie ꝓprietatẽ. ſicut enim i phia
reali ſecũdum diuerſitatẽ diffinitionis que
mediũ i demonſtratione ẽ variať phia. ſic
in logicis ſiue rationalibus ſecundũ varia
tiones ratiocinationis variať ſcientia hoc
eſt ſciendi modus. Si enim ratio procedit
ex ſignis facientibus preſũptionẽ erit logice
generalis ps vna que rethorica vocať. Si
autẽ ꝓcedit ex fictibus faciẽtibus delectati
onem uel abhominationẽ erit alia pars lo
gice que vocatur poeſis uel poetica. Si aũt
ꝓcedit ex ꝓbabilibus cõibus que i pluribꝰ
inueniuntur erit ps alia que vocatur dialeti
ca. Si autẽ ꝓcedit ex cauſis eſſentialibus ⁊
ꝓprijs erit alia pars que vocatur demõſtra
tiua. Si ex his que videntur ⁊ nõ ſunt erit
pars alia que vocatur ſophiſtica. Si autez
ex cautellis ꝓuocãtibus reſpõdentez doce-
at ꝓcedere. erit alia ps logice generalis q̃
vocať tẽtatiua: ⁊ ſic facile ẽ de oĩbus alijs i
telligere. Hoꝝ aũt q̃ dicta ſũt rõnem ponit

Auicena dicēs res omnes tripliciter eē ac-
cipiēdas.ſ.ꝙ pꝛimo accipiant in exiſtentie
ſue pꝛincipijs. Secūdo in eſſe qđ habent in
ſingularibus ꝓpꝛijs. Tertio autē ſecūdū ꝙ
accepte ſunt i intellectu. Multa enim ſcđʒ
exiſtētie ſue pꝛīcipia ſeperata ſunt a motu ⁊
a materia. que tñ ſecundū eſſe ſunt vel poſ-
ſunt eſſe in motu ⁊ materia. ſicut ſubſtantia
vnitas. idēptitas. mītitudo. ⁊ diuerſitas. ⁊
alia huiuſmodi. que quidē i exiſtētie ſue pꝛi
cipijs ingenerabilia ⁊ incoꝛruptibilia ſunt.
Et hoc mō ſecundū platonē ſunt rerū pꝛīci
pia formalia. ꝓp quod ingenerabilia ⁊ īcor
ruptibilia talia plato eē dicit. Et ſi talia di
cant generari vel coꝛrūpi hoc nō erit niſi ſe
cundū accidēs hoc eſt ſecūdum eſſe ꝙ habēt
īgeneratis ⁊ coꝛruptis. Acceptio autē rei ſe
cundū eſſe qđ habet in ſuppoſitis erit ſecun
dū exiſtētiaʒ illoꝝ ſuppoſitoꝝ. Et ſecūdum
diffinitionē quā habere poſſunt ſecundū eē
qđ habēt in illis. Acceptio autē rerū ſecun
dum ꝙ ſunt i intellectu eſt ſecundū cogniti
onē quā habēt nō ſecundū ꝙ in ſe ſunt. ſʒ ſe-
cundū ꝙ accepte ſunt ꝑ intellectū. Et ſcđm
omnes iſtos tres modos ſunt ēt cōſequētia
accidētia. que vocant̄ ꝓpꝛie paſſiones ipſiꝰ
Et ſic quolibet iſtoꝝ modoꝝ trium phia de
ipſis itendit acquirere vitatē. Et hoc ē per
ductū rōnis aliquē qui ad logicā pertinet.
Res enim ꝓut hñt eē in aīa accidētia habēt
ꝓpꝛia ſicut aliquid eē notū apud hominē ⁊
aliquid eſſe ignotū: ⁊ cū ꝯperata ad inicē in
aliquo ſe coniūgant erit via rōnis ꝓcceden-
do de noto ad ignotū ꝑ comperationē noti
ad ignotū ſecundū conuenientiā uel differē
tiam noti ad ignotū. Ex quo compꝛehēdit̄
ꝙ vnū componit̄ cū alio ⁊ pꝛedicat̄ de illo.
vel vnū diuidit̄ ab alio. ⁊ remouet̄ ab ipſo
ſecundū enim hūc modū deuenit̄ de vno in
alterū. hoc igit̄ modo logica ē de intentiōe
phie generalis.

Omnis autē neceſſaria ⁊ vtilis ē
logicalis phia. ex quo enim logica
docet qualiter ignotū fiat notum.
patet ꝙ i nulla phia aliqđ notū fieri poteſt
niſi ꝑ logice doctrine facultatē. Eſt enim ut
dicit boetius i topicis rō differendi. hoc eſt
docēs qualiter de quolibet differēdū ē. que
in duas. ut dicit diſtribuitur ꝑtes. ſ. ſcientiā
inueniēdi quā topicā greci vocauerūt. ⁊ ſciē
tiam iudicādi quā greci analeticā. latini au
tem reſolutoꝛiā nūcupauerūt. Conſtat autē
ꝙ ſine diſſertione ⁊ inquiſitione nō venitur
de noto ad ignotū. que diſſertio nō eſt niſi i
quiſitio diſſerens qualiter notū comperat̄
ad ginotū ⁊ qualiter ſe habʒ ad illud ut cau
ſa uel pꝛincipiū uel ſignū uł coniecturā ad il
lud. vel contrario modo ut repugnās ad ip

ſum ſine quo in nulla ſciētia aliquid ſciri po
teſt. Quo ad hoc ergo ꝙ ſciētia ē docēs diſ-
ſerere de oī re nō tñ eſt vtilis i ſe. ſed etiam
neceſſaria eſt ad omne qđ ſcire intēdimꝰ ꝓp
ꝙ Ariſtotil' frequēter dicit i diuerſis libꝛis
ſuis ꝙ cā erroꝛis antiquoꝝ fuit qꝛ ſciētiā lo
gicā nō inuenerūt ſiue habuerūt. Docet enim
logica pꝛīcipia qualiter hoc ⁊ quibus pꝛinci
pijs ⁊ quibus argumētis de quolibet ſcibi
li differēdum ē. qui modus niſi ſciat̄ ſcibile
īueniri nō pōt. qꝛ is qui querit modū inueniē
di ſciētiam ſcibilis illius nō habet ꝓp quid.
Etiam Ariſtotiles dicit qđ modus ſciendi
aū ſcientiā quālibʒ diſcendus eſt ut ꝑ illum
modū ſciētia cuiuſlibʒ ſcibilis īueniat̄. Cum
enim ſcīa habitus ſit ꝯcluſionis oʒ ꝙ ꝯcludē
re ſciat ille qui ſciam accipit. Nō autē ꝯclu
dere ſcit qui neſcit quid ꝯcludere debeat. ⁊
cū nihil ꝯcludi debeat niſi queſtio. oʒ ꝙ ſciat
quid ⁊ qualiter querendū eſt id ꝙ ꝯcludi in
tendit̄. Adhuc cōcluder̄ ſe neſcit qui neſcit
ex quibus ⁊ qualibus ⁊ qua ꝯcluſione cōclu
dēdum eſt. Hec autē oīa nulla docet philo-
ſophia niſi tantū logica. Nō ergo tñ vtilis
eſt ⁊ adminiculās ad omnes ſciētias. ſed ēt
neceſſaria. ꝓp qđ neſciētes logicā etiā id ꝙ
ſcire vident̄ neſciūt ſe ſcire qꝛ neſciūt q̄lit̄ vnū
ꝙqʒ ſciri oʒ ⁊ q̄lit̄ ꝓbādū uł iꝓbādū ē. Ad
huc aūt tales i ſcitis ſuis nūllā habent pote
ſtateʒ dū neſciunt ꝓpter quid ſcitis ſuis aſ
ſentiunt. nec qualiter ꝯtradicentibꝰ reſpon
deri debeāt. Hoc autē ſcit logicus ſi perfec
te ſciam differendi de quolibet ſit adeptus
Adhuc aūt neſciens logicā ⁊ ſi ſcire aliquid
videat̄ neſcit tamen ſicut iam ſupꝛa diximꝰ
cū rationeʒ ſui ſciti neſciat. ⁊ ſe habet ad ſci
tum. ⁊ ad actū ſciendi ſicut ignis ad ꝯburen̄
lignū. Et iđ ſcitis eſt ut in pꝛīa philoſophia
docet Ariſtotiles poſſe docere. docere autē
nō pōt qui rationē ſciti neſcit exponere: Ne
ſcit autem exponere ſui ſciti rationē qui cāſ
⁊ pꝛincipia logice nō nouit. Erit igitur talis
etiā in his qui ſcire vident̄ ſicut ydiota ſe
habet ad hñteʒ litterā. talis ēt neqʒ ſuū ne
qʒ alterius depꝛehēdit erroꝛē. qꝛ nō habet
habitum ꝑ quem diiudicet vtrū recte ſciat
qđ ſcit vel non recte. Adhuc autem ꝑ hoc
ꝙ inueniendi quodlibet ſcitum ſcientia eſt. ꝑ
habitudines vnius ad alterum. que topice
ſiue locales vocātur quibus itellectus vniꝰ
vel opinio uel fides uel exiſtimatio uel ſuſpi
tio locatur in alio qđ iam intus habetur i aī
mo querentis. ſine logica nec ad inquirendū
neqʒ ad inueniendum aliquid procedi po-
teſt. nec etiam quando queſitum inuenitur
ſciri poteſt an iuentum uel non inuentuʒ ſit.
Manifeſtum eſt igitur ꝙ etiam quo ad hoc
logica nō tantum vtilis eſt ſed neceſſaria ēt

eſt ad omnez phiam. Adhuc autẽ etiã per hoc ꝙ iudicãdi ſciẽtia eſt qꝛ id ꝙ inuẽtum ẽ diiudicaẗ an recte per ſua pricipia ſcitũ ſit neceſſaria ad omnẽ phiam eſt logice ſciẽtia Hoc autẽ docet logica dupliciẗ. ſoluere docens ſcitũ in pricipia. ſ. conſequẽtie quẽ ſunt in figuris ⁊ modis ꝯſequẽtiaruʒ ſillogiſticarum. Et ſoluẽdo i principia realia eius qꝺ ſequiẗ ſicut in cãs imediatas ⁊ eſſentiales. ⁊ cõuertibiles cũ eo ꝙ ſcitũ eſt per cõcluſionem. quo iudicio oẽ qꝺ ſcitur quaſi ponderatur ad equilibrã rõnis. reducẽs omne qꝺ in omnib⁹ phiſicis queriẗ ad ſciẽdum: Eſt aũt nõ tãtum neceſſaria. ſed etiã vtilis hec ſciẽtia ſicut bonũ eſt felicitas hominis. ſecũduʒ optime ptis anime hominis perfectiſſimuʒ actũ. hoc eſt ſcõm intellectũ contẽplatiuum nec contẽplari poterit intellectus niſi nouerit cõtemplationis principia ⁊ ſciat iuenire quid querit contemplari ⁊ diiudicare id ipſum qꝺ iam cõtemplaẗ inuẽtum: patet concluſio. ꝙ pre omnibus vtilis eſt ad felicitatẽ hec ſcientia ſine qua nõ attingiẗ felicitatis actus ⁊ per quã ipſe felix actũ nõ ipedite recipit operationis. Hec enim ſciẽtia a fantaſijs que videnẗ ⁊ non ſunt liberat. errores dãnat. ⁊ oſtẽdit falſitates ⁊ lumẽ dat recte cõtẽplatiõis i oib⁹ pre oibus igiẗ ꝯſiderãda eſt hec ſcientia.

Um autẽ logica ſit ſciẽtia contemplatiua docẽs qualiẗ et per que deueniẗ p notũ ad ignoti noticiaʒ. oʒ neceſſario ꝙ logica ſit de huiuſmõi ratiõis iſtrumẽto p quod acquiriẗ p notũ ignoti ſcientia i omni eo quod de ignoto notũ efficit. Hoc autẽ eſt argumẽtatio ſcõm ꝙ argumẽtatio eſt ratiocinatio mẽtem arguens ⁊ conuicens per habitudinem noti ad ignotum. de ignoti ſciẽtia. Inter ſpecies autem argumentationis precipua eſt ſillogiſmus ꝑpter qꝺ quidã dixerunt ꝙ logica tota eſt de ſill'o ⁊ partib⁹ ſill'i. nõ determinãtes commune ſbm logice ſecũdum id ꝙ eſt ſubiectũ principale. nõ enim de omnibus fides eſſe poterit per ſillʒ. pp hoc quod diſcurſus ſillogiſticus nõ eſt niſi ab vl'i vl'r accepto. qꝺ in multis ſciẽtijs eſſe nõ poterit ut i rethoricis. pp ꝙ in illis precipue locales hitudines attendunẗ. a quibus per entimemata ꝯcludiẗ id qꝺ queſitũ eſt. Cũ igitur logica ut dicit Ariſtotiles det oĩ ſcientie modũ diſſerẽdi ⁊ iueniẽdi ⁊ diiudicãdi qꝺ queſitũ eſt. oportet qꝺ de tali ſit ut de ſubiecto ꝙ oibus in omni eq̃liter applicabile eſt. Sunt autẽ adhuc quedam i quibus ſingularibus querimus iuenire ꝙ ignotũ eſt. ſicut i experimẽtalibus in quibus vtimur uel ſillogiſmo uel inductiõe ad vniuerſale accipiendũ. ⁊ non poſſumus vti ſill'o perfecto. pp qꝺ ſillogiſmus cõe ſubiectũ logice eſſe nõ põt ꝑpter hoc ẽt in logicis que ab antiquis ſcripte ſunt nõ ſoluʒ docetur quid ſillogiſmus ⁊ qualiter ⁊ ex quib⁹ ſit ſed hic etiã doceẗ quid argumẽtatio et q̃ partes ⁊ ſpecies eius. Sũt tamen qui logicam interpetranẗ idẽ ꝙ ſermocionale. dicẽtes logicam generalem idem eẽ ꝙ ſermocionalem ſciẽtiam ſub qua dicunt contineri. gramaticam poeticam. et rethoricam. ⁊ cã quam vocant dialeticam. ⁊ iõ dicunt logice generalis ſubiectũ eſſe ſermonem ꝑut eſt ꝺſignatiuus rerũ que ſignificanẗ per ipſum. Quã opinionez ipugnat Auicena in primo logice ſue dicens ꝙ ſermo de ſe nihil ſignificaẗ ſi enim aliquid de ſe ſignificaret ſemꝑ ⁊ apud omnes illud ſignificaret ꝙ falſum ẽ. ſignificationem ergo accipit a placito iſtituentis nõ ergo ſignificat niſi ſecundũ ꝙ conceptus eſt in itellectu iſtituentis. tali autez ſermone ſecundũ ꝙ ſit ſignificatiuus eſt ꝯcepti vtiẗ homo ad ſe ipſum ⁊ ad aliũ. pp qꝺ dicit damaſcenus ꝙ in duo diuidiẗ. ſ. i encordialẽ hoc eſt ſmonem iterius i mente diſpoſitũ ⁊ in eũ qui ex ſignis qui angelus itelligẽdo eſt ſui cordis nũtius. qui ꝯceptus cordis nũtiat ad alterũ. pp qꝺ logicus ⁊ ad ſe. ⁊ ad alterũ vtiẗ ſermone per accidens et per ſe qꝛ ſine ſermone deſignatiuo procedere non poteſt ad noticiam eius ꝙ ignotũ eſt. Raciocinatione autẽ vtiẗ per ſe ad noticiam faciẽdam eius ꝙ declaratũ eſt. ꝑpter qꝺ cũ logici intẽtio ſit docere ea per que per ſe veniẗ i noticiã ignoti per id qꝺ notum eſt logici ſubiectũ eſt argumẽtatio qꝛ per argumentationem efficiẗ id ꝙ intenditur: Adhuc ſermo in cõplexus q̃uis deſignet aliquid apud intellectũ ſimplicem. tamen fidem nõ facit an aliquid ſit uel nõ ſit. qꝛ non aliquid eſſe ſignificat uel nõ eſſe. Non autem veniẗ ad noticiã ignoti niſi per aliquid. qꝺ de ignoto fidẽ facit ꝙ ita ſit uel non ſit. Sermo igitur incõplexus nõ poteſt eſſe inſtrumẽtum per quod de ignoto intellectus ad noticiam deducaẗ qꝺ principaliter itẽdit logicus. Sermo igiẗ icomplexus nõ aſſumitur a logico niſi per accidens inquantum eſt pars ſermonis complexi qui eſt intellectus compoſiti deſignatiuus. Amplius ſermo complexus in eo ꝙ complexus eſt nec ſignificat eſſe vel non eſſe. ſi enim hoc eſſet omnis ſermo complexus rem eſſe uel non eſſe ſignificaret Et ſic oratio deprecatiua uel optatiua vel ſubiunctiua rem eſſe uel non eſſe ſignificaret ꝙ eſt falſum. Sermo ergo complexus per hoc ꝙ enuntiatiuus eſt rem eſſe uel non eſſe ſignificat. per hoc autem ꝙ rem eſſe uel nõ eſſe ſignificat nõ habet arguere ⁊ fidẽ faceẗ

de enūciato. per hoc igitꝰ ꝙ enūciatiuus eſt
nō eſt inſtrumētuȝ per quod logicus conſeq̄
tur id quod itendit. fidē autem facit per hoc
ꝙ ad formā argumēti collectiuus eſt. Argu
mētatio igitꝰ logici inſtrumētum eſt. logica
autē generalis ⁊ docens de hoc eſt ut de ſb
iecto. per qđ vtēs logicus in ſciētiam venit
ignoti per notuȝ. Argumentatio igitꝰ logici
docētis logice ꝓprium ſubiectū eſt. Et hec
eſt triū phoꝝ ſentētia Auicene. ſ. alfarabij ⁊
algazelis. vtuntꝰ tamē ſermone oēs ſermoci
onales ſcientie gramatica. ſ. poetica retho-
rica. ⁊ ea que vocatꝰ logica. grāmatica ꝓut
modis iſlexionū ⁊ ꝯſtructionē. itellectuſ ſim
plicis ⁊ cōpoſiti complexe deſignatiuus exi
ſtit ſimplicitꝰ abſqȝ eo ꝙ ſciat de ſignificato
vtrum ſit uel nō ſit. Poetica autē utitꝰ eo ꝓ
ut modulus ꝓnūciatus delectatione uel ab
hominatione. prouocat audiētem ad aliqđ
faciēdum uel fugiendum. ꝑꝑ quod ex vari
is compoſitis ⁊ ſecundum methalogiā ſiue
fabulam fingit tētās mendacia que prouo
cent audientes. Rethorica autem ſermone
vtitur prout eſt deſignatiuus eius per quod
perſuadere intēdit. Solus autē logicus ſer
mone vtitur prout eſt pars inſtrumēti per
quod ſolum fides ſit de icognito. cū noticia
ipſius ex noto arguitꝰ per complexionem ar
gumēti. ꝓpter alterū ergo ſermone vtitur.
⁊ non ꝓpter ſe ipſū. huius autē ꝓbatio eſt ꝙ
notū per quod ignoti ſcientia accipitꝰ duplici
ter conſideratur. ſ. prout eſt res extra aīaȝ
noſcētis accepta. ⁊ prout eſt notio quedam ī
anima noſcētis. Nō autē facit noticiā igno
ti prout eſt res extra animā noſcentis accep
ta. ſed potius prout eſt notio rei in anima no
ſcētis exiſtēs. ſic enim ſignificatiua eſt ⁊ illa
tiua eius quod ignotum eſt. quod ignotum
ipſi aliquo modo percipit itellectus perfec
ta compreēſiōe. Hoc ergo modo voces ſigni
ficatiuas rerū conſiderat logicus ⁊ non alitꝰ
Dico autem perfecta comprehēſione: quia
ſunt forte quedā adeo per ſpicaces ꝙ ex intel
lectu vnius vocis complexe ſtatim de igno
to fidē concipiūt. ſed hoc eſt imperfectum.
⁊ non generale. Et ideo nō ſufficit ſed opus
eſt argumētatione perfecte hoc faciēte. Si
quis autē querit vnde efficiatꝰ notum id ex
quo ignoti accipitꝰ ſciētia ⁊ fides. hoc nihil ē
querere q: ī quolibet aliquid per ſe notum
eſt homini ⁊ nature inſitū. per quod ignoti
poteſt accipere ſciētiam. Aliter eniȝ homo
nullius eſſet perceptibilis ſciētie uł diſcipli
ne ſicut nec brutū animal. ſi prima cognoſcē
di principia per ſe ipſa nō in eſſent homini.
De argumētatione igitꝰ uel ſillogiſmo ē to
ta logica vt de ſubiecto đ alijs autē vocibꝰ
icomplexis eſt ꝑꝑ illa.

d Iuiſio autē logice ⁊ que ſunt parteſ
ipſius ut dicūt Auicena ⁊ Alfara
bius accipiēda ſūt ex itētione ipſiuſ
Sicut vero iam ante dictū eſt. logica inten
dit docere principia per que per id qđ notū
eſt deuenire poteſt ī cognitionē ignoti. Eſt
autem ignotum aut icomplexum de quo q̄
ritur quid ſit. aut complexum de quo queri
tur an veruȝ uel falſum ſit. Sciri autē non
poteſt icomplexū de quo queritꝰ quid ſit niſi
per diffinitionē. Cōplexū autē de quo que-
ritꝰ an vm uel falſū ſit nō poteſt ſciri niſi per
argumētationem. Iſte ergo ſunt due ꝑtes
logice. vna quidem ut doceantur principia
per que ſciatꝰ diffinitio rei ⁊ quiditas. ita ꝙ
per principia illa doceatur que ſit vera rei
diffinitio ⁊ que nō ⁊ que videatꝰ eſſe ⁊ nō ſit
Alia vero ut doceantꝰ principia qualiter ꝑ
argumentationem probetur enuntiationis
veritas vel falſitas. Et ut doceatur illius
argumētationis forma. quantum ad figurā
⁊ modum: ⁊ quietationem ſeu complexiōeȝ
⁊ ut doceatur eiuſdem argumētationis ma
teria. Et ut doceatur que videatur eſſe ar-
gumentatio. ⁊ non ſit eo quod apparētiam
aliquam quidem habet. ſed verā exiſtētiaȝ
nō habet. Et ut doceantur cautelle quibuſ
opponēs uel reſpondēs per aliquā occaſio-
nem impediatur uel cōmoueatur a cōiectu
veritatis. vel ad hoc ꝙ perfecte videat ve
ritatem ⁊ nō diuertat ab ipſa. Sed poſtre
ma harum partiū uel ab antiquis tradicta
nō eſt vel ad nos nō peruenit. Hanc etiam
partem dicunt Auicena ⁊ Alfarabius ad
arabes nō perueniſſe. Dicit tamē Ariſtoti
les in pleriſqȝ locis hanc cauſam erroris fu
iſſe antiquis quia artem diffiniendi nō ha-
bebant. Nō autem quidam dicūt hanc tra
didiſſe Ariſtotilem in ſexto topicorum friuo
lum eſt. ibi enim artem diffiniēdi non tra-
didit. ſed docet terminare problema illud
quo queritur quid ī ſit ut diffinitio. Adhuc
autē quidam alij dicunt hec pertinere ad m
thaphiſicā ⁊ Ariſtotilem hec tradidiſſe ī ſe-
ptimo ⁊ octauo prime philoſophie. ſed hoc
abſurdum eſt Ariſtotiles ibi enim docet q̄
ſint diffinientia tam ſubſtātia ꝗȝ accidens
⁊ que ſit diffinitio pħica. ⁊ qualiter diffini-
tio. eſt vnum. ⁊ non multa. ⁊ talia huiuſmo
di. Sed qualiter diffinieudo reſpondetur
ad queſtionem qua queritur quid eſt res ꝑ
eſſentiam et quiditatem non docet: quia
hoc ad logicam pertinet ⁊ non ad primam
philoſophiam. patet igitur ꝙ hec pars nun
dum ad nos peruenit. Sunt ⁊ harum par
tium ſubdiuiſiones quas exequitur logica
de quibus in ſequentibus erit tractatus.
Quia autem logica omnia cōſiderat prout

ſunt i anima ſine i intellectu eius qui querit per notū ſibi venire i noticiã ignoti. gratia horum conſiderat de voce ſignificante ad placitum. ⁊ quid ⁊ qualiter ſignificet: quod antiquiores peripatetici ut dicunt Alfarabius ⁊ Algazel i quinqꝫ modis diſtinxerūt Primo quidem ⁊ pricipaliter dictio ſignificat id ad ꝙ prima inſtitutione ſignificare ẽ īſtituta ut homo hominē ⁊ domus domū ⁊ ſic de alijs. Secūdo modo ſignificare dicitur quod ex cōſequenti ſupponitur in ipſa ſicut domus ſignificat fundamentū ⁊ parietem. ⁊ quodlibet totum itegrale ſic ſignificat ſuas partes integrales ⁊ pricipales.

Tertio modo quando res cōmitatur ſignificationem ipſius. ſicut ſi paries eſt fundamētum eſſe ſignificat. ⁊ ſi tectum eſt fundamētum ⁊ parietem eſſe ſignificat. Quarto quādo vnum eſt i itellectu alterius ſicut homo ſignificat animal. ⁊ ſignificat rationale. Et ad hūc modū reducitur ꝙ accidēs. ⁊ paſſio ſignificat ſubiectum ſicut ſimus ſignificat naſum. ⁊ ſicut album ſignificat corpus terminatum ⁊ cetera huiuſmodi. Quinto ſicut oppoſitio ſignificat oppoſitionē ⁊ oppoſitū ſignificat oppoſitum. ſicut diſgregatio albi ſignificat aggregationem nigri. ⁊ motus ad cētrum frigidi ſignificat motū a centro calidi ⁊ cetera huiuſmodi. Et hoc ad logicam pertinet per hoc ꝙ logica eſt diſſerendi ſcietia. diſſeri autem non poteſt ut dicit Ariſtotiles in quarto prime philoſophie niſi dicā quod nomina aliquid ſignificant eo ꝙ non ſignificant infinita gratia huius etiam conſiderat de cōmunibus ⁊ vocibus icomplexis Complexio autem ⁊ icomplexio nō accidūt rei ſecundum ꝙ res eſt. nec etiam voci ſecūdum ꝙ eſt vox. ſed accidunt voci ſecundū ꝙ refertur ad intellectum ſimplicem uel compoſitum. Simplicem autē dico intellectum qui ſimpliciter vnius rei eſt vnitiuus Compoſitum autem dico intellectum qui accipit rem vnam i alia uel ut diuiſam ab alia. qui intellectus voce incomplexa deſignari nō poteſt. ſed potius cōplexa ſicut homo eſt animal. uel homo ambulat. uel homo nō eſt lapis ⁊ huiuſmodi propter quod diffinientes icomplexum ueteres peripatetici. dixerunt ꝙ dictio ſignificatiua ad placitum incomplexa eſt cuius partes nihil ſignificant de intētione totius. ſicut cum dicitur homo pars iſta que eſt ho. ⁊ pars illa que ẽ mo. nihil ſignificant de hominis itentione. Quod ſi etiam nomen aliquod rei vni⁹ ſimplicis ſit compoſitum ſicut adeodatus tamen ſecundum ꝙ vnius ſimplicis rei nomē eſt. incomplexa dictio eſt. Et hoc quod dico adeo. Et hoc quod dico datus nihil ſignificant de intentione totius nominati per hoc nomen adeodatus. Complexa autē dictio eſt cuius partes aliquid ſignificāt de intētione totius ſicut cū dicimus homo ambulat. ⁊ hec dictio homo. ⁊ hec dictio ambulat aliquid ſignificant de intentione huius cōplexi homo ambulat. Adhuc autem vox ſcdm ꝙ refertur ad itellectum eius qui querit inuenire ignotum per notum habet ꝙ diuiditur in commune ſeu appellatiuum ſeu vniuerſale. ⁊ proprium ſiue ſingulare. talium enim nihil accidit ei ſecūdum ꝙ ad rem deſignatam reffertur. Res enim omnes ſunt ſingulares que cadūt ſub ſenſu ⁊ ſecundum ꝙ conſtituuntur a natura. ⁊ commune ꝙ eſt in eis accipitur ab intellectu. Et ideo dicūt Ariſtotiles ⁊ Boetius ꝙ vniuerſale eſt dū intelligitur. ſingulare vero dum ſentitur. Commune tamen quod eſt in eis eſt tribus modis. ſ. in id quod eſt actu in pluribus. vt homo ꝙ actu diuiſibile eſt in plures. ita qđ totum eſt in ſingulis per naturam ⁊ rationē Et in id ꝙ actu eſt in vno aptitudine uero nature poteſt eſſe in pluribus ſicut hoc commune ꝙ eſt ſol. Et in id ꝙ nec actu eſt in pluribus nec in aliquo uel vno ſolo. ſed aptitudine non repugnat ⁊ ratione quin poſſit eſſe in multis ſicut eptagulum ſi ponim⁹ nihil eſſe eptagulum ſecundum actum. tamen ſecundum aptitudinem eſt ⁊ poteſt eſſe in mľtis. Et ut generaliter dicatur omne nomen uel dictio. quod imponitur a forma cōicabili multis ſiue illa forma ſit accidentalis ſiue ſubſtātialis commune eſt ⁊ vniuerſale. ſiue ſecundum actum multis communicetur ſiue non. Proprium autem ſiue ſingulare eſt ꝙ imponitur a forma accidentali ſignificante accidentium collectionem. quam impoſſibile eſt inueniri niſi in vno ſolo. ut ſocracitas vel platonitas. que ex parentibus ſubiecꝫ ⁊ loco natiuitatis. ⁊ alijs huiuſmodi non niſi vni conuenire poteſt. Et impoſſibile ẽ ut in alio reperiatur ⁊ hoc dupliciter fit uel. n. fit nomine proprio uel nutu demōſtrationis ad hoc ſingulare ut cum dicimus hoc lignū uel hoc album. hoc enim ſic eſt hoc quod nō poteſt eē aliud. Adhuc dictio ſiue vox ſignificatiua eſt articulata. nō ex hoc quod reffertur ad rem deſignatam. ſed ex hoc ꝙ eſt in itellectu querentis ſcire ignotum per notū licet etiam quedam ipſius eſt nomen. quedam autem verbum. pronomen autem ſicut ⁊ nomen ſiue teſtatur. vice nominis in ſupponendo accipitur. et participium cum ſuppletione verbi ſubſtantiui in apponendo uel predicando ſupplet uicem uerbi ſicut cum dicitˀ homo eſt amãs uel homo amat. uel homo fuit amãs. uel homo amauit. vel

homo erit amans. uel homo amabit. Cete
re autem partes indeclinabiles ſine adiun
ctis nullum habent intellectum . ut ſi dica
tur homo eſt in. non intelligitur niſi adda-
tur in quo ſit ut in domo. Et ſimiliter cum
dicitur. homo eſt ſupra. ⁊ ſi dicatur. homo
autem. non addatur cui aduerſet coniunc-
tio. uel ſi dicatur . homo ergo. niſi addatur
quid inferatur. Nomen autem ut in ſequen
tibus habebitur ſignificatiuum eſt ad placi
tum ſine tempore. Uerbum autem cum tē
pore quod ei ſubicitur. Idem predicatur uel
dicitur. uel negatur uel affirmatur vni. Ad
huc autem uoci ſignificatiue ad placitum ſe
cundum ꝙ eſt in intellectu querentis ſcien
tiam ignoti. per notum accidunt quinqꝫ. ſci
licet ꝙ ſit vniuoca. quedam autem multi-
uoca: etiam quedam equiuoca. Quedaꝫ ue
ro analoga ſiue proporcionata. q̄ apud ara
bes uocatur conuenientia. Uniuoca autem
ſunt que a tali forma impoſita ſunt. ad quā
omnium participantium eaꝫ eſt reſpectus
vnus ſcđm rem ⁊ rationem . ſiue magis et
minus. ſicut animal participatur a ſpecie
bus animalium. et homo participatur ab
indiuiduis que ſunt ſub ipſo. Diuerſiuoca
autem ſunt diuerſa nomina vnius et einſ-
dem rei ſcđm ſubſtantiam. eo ꝙ inſtituens
nomina illa inſtituendo diuerſis rei ꝓpe
tatibus fuit affectus. ut enſis mucro. ſpata.
gladius: ueſtis. tunica ⁊ huiuſmodi. Mul
tiuoca ſunt diuerſarum rerū diuerſa nomi
na. eo ꝙ inſtituens diuerſis diuerſarum re
rum proprietatibus inſtituēdo fuit affect᷒.
ut equus et aſinus. Equiuoca ſunt quando
vnum nomen diuerſis ſcđm diuerſam ra-
tionem impoſitum eſt: eo ꝙ vna aliqua pro
prietas inuenta in diuerſis afficit inſtituen
tem. que tamen proprietas non per vnam
rationem eſt in illis ut canis. quod nomen
eſt impoſitum latrabili ⁊ ſtelle celeſti ⁊ ma
rino piſci propter vnam proprietatem iuē-
taꝫ in illis que eſt omnia hec eſſe mordacia
cum tamen non vna ratiōe mordacia ſint.
Analoga autem ſunt proporcionaliter dic
ta. ut arabes dicunt conuenientia. ⁊ ſūt me
dia inter vniuoca et equiuoca. que ſunt im
poſita diuerſis ſcđm eſſe et ſubſtantiam ꝑ
reſpectum ad vnum cui proporcionantur.
ſicut ens quod dicitur de ſubſtātia primo et
principaliter . et de accidente ſecundario .
quia eſt aliquid entis. ⁊ quantitas dicit᷑ ens
quia eſt menſura entis. et qualitas dicitur
ens. quia eſt diſpoſitio entis. et hoc ut dicit
auerois damaſenus in logica ſua ſit tribus
modis. ſcilicet proportiōe ad vnū ſubiectū.
ut ens. et proportione ad vnū efficiens actū
ut medicus dicitur uere medicus qui ſcđꝫ

eam que in ipſo eſt medicinā operatur . Et
medicus dicitur idiota medicuꝫ per exper
ta uel experimenta imitās in ope medican
di. ⁊ non ſcđm eā que in ipſo ſit artem medi
cine. Et medic᷒ dicit᷑ inſtrumentū medicie
per quod ſit medicatio. ut cliſtere uel embo
tum uel aliud huiuſmōi. Tertio proportio
ne eiuſdem ſicut ſanū quod principalit᷑ con
ſiſtit in equalitate cōplexionis aīalium. ⁊ ē
in cibo ſicut in cōſeruante eādem ſanitateꝫ.
⁊ in urina ſicut in indicāte. ⁊ in aere uel ī lo
co ſicut in fouēte. ⁊ ſimiliter ē in aliis. Hec
autem omnia de logicis extracta ſunt . eo ꝙ
hec cōueniunt uoci ſignificatiue et articula
te. ſcđm ꝙ per inſtitutinoem afficit intellec
tuꝫ eius qđ per notum certificari querit de
ignoto. Uolumus eīm ſcđm conſuetudineꝫ
quā ī aliis hēmus oīa quantū poſſumus po
nere q̄ ad illuminationē pertinēt doctrine.
Ex his autem que dicta ſunt patet
ꝙ ſiquis querit ſcire incomplexuꝫ
quod ignotū eſt per id qđ non pōt
ſibi eē ignotum non poteſt inueni
re notitiā eius niſi ꝑ diffinitionē uel aliquid
aliud qđ diffinitionē imitat᷑ icōplexi aliqua
declaratiōe. Hui᷒ autē principia et regule
ſunt quinqꝫ ⁊ quinqꝫ corruptiones. Primū
quidem ꝙ oīa poſita in diffinitione ſunt ſub
ſtātialia ⁊ ſubſtātialiter in diffinito exiſtētia
qꝛ diffinitio dicit᷑ id qđ oēs fines eēntie diſ
finit. cōiungit et vnit. ⁊ explicat que ſūt pri
cipia diffiniti ſiue eē diffiniti. ſ. eēntiā poten
tiā ⁊ ultimū actū cōplentē eē diffiniti . ſicut
dicim᷒ aīal rōnale mortale uolūtarie mobi
le diffōem eē hois. aīal aūt ſm ꝙ in ſe inclu
dit corp᷒ aīatum ſenſibile et ſubſtāriā. ꝑtua
potētia ē. i qua incoatū ē eē hois. Hec autē
icoatio ꝑ rōnale ꝺterminata ē eēntialiter ad
actū rōnis. ꝑ mortale āt ad ſpeciē ē ꝺtermi
natū. ꝓcipue ſcđm ſtoicos q Kalodemones
⁊ Kacodemōes aīalia rōnalia corporea ae-
rea: et uita imortalia eē dicebāt. ut dicūt te
meſti᷒ et apulegi᷒. Per hoc autē ꝙ mobi
le uolūtarie dicit᷑. ſeperat᷑ ab aliis que apta
a natura et fātaſia ſūt ad motū. Et hoc ē ꝓ
mū. Scđꝫ āt ē qđ ariſtotiles docet i metha
phiſicis ꝙ ultia drā ſit cū diffinito ꝯuertibil᷑
q̄ totā diffōeꝫ facit eē ꝯuertibilē. ſicut H ipꝫ
qđ ē uolūtarie mobile cōuertit᷑ cū hoīe ſꝫ ꝙ
uolūtas ſonat appetitū q ē ī rōne. Tertiū āt
ꝙ pri᷒ poſitū i diffōne ſe hēat ad ſeq̄ns ſicut
potētia ꝓpiqua ad actū ⁊ ſicut deīmiatū ad
ꝺterminās. ⁊ ſicut diſtictū ad diſtiguēs. ⁊ ſi
cut aīatū ad ſēſibile. ⁊ ſicut ſēſibile ad rōna
nale ⁊ mortale ad rōnale. ⁊ ſicut mobile uo
lūtarie ad mortale. ita ꝙ ī vno motu genera
tiōis ſemꝑ poſteri᷒ ꝓcedat ex ātecedente.
Quartum eſt ꝙ diffiniens primum ſit per

ſe notum apud eū qui querit cognoſcere . dif
finitū et ī ſubſtātia et poteſtate . quia niſi ſit
notum in ſubſtātia non poteſt eſſe principiū
cognitionis ignoti . ⁊ niſi ſit notū ī poteſtate
nō poteſt per diuiſionem ipſius uenari dif
finitio eius quod queritur cognoſci. Quītū
autem ꝙ diffinitio dicat totū eſſe diffiniti.
quia aliter non attigeret a fine uſqꝫ ad finē
in quiditate ⁊ eſſe diffiniti. Et ſic uerum no
men diffinitiōis non haberetur. Et per hoc
habet diffinitio ꝙ eſt vnum ⁊ non multa. ſi
cut motus eſt vnus ⁊ non multus qui eſt a
prima potētia per uiam mediā uſqꝫ ad ulti
mum actum. Hec igitur diffinitiue conſide
rata faciunt talē diffinitionem ꝙ uere ⁊ to
tum certificat diffinitum. Peccata ipſius
ſunt ⁊ quinqꝫ his oppoſita. quamuis quodli
bet peccatorum ſit multis modis ſicut ⁊ in
aliis in quibꝰ bonū ſit ex vna re ⁊ cauſa. ma
lum autem omnifariā ⁊ modus infinitus
ut dicit pitagoras. Primum ergo peccatū
eſt ſi per accidētale vnum uel per accidēta
lia plura uel omnia . notitia eſſentialis que
ratur diffiniti. ſicut ſi dicam ꝙ homo ē ani-
mal riſibile. uel ꝙ ſol ē. ut dicit empedocles
res alba calida. Secūdum peccatum eſt. ſi
ultima differentia ſit non conuertibilis. tūc
ipſa precedētia que in plus ſunt per differē
tiam ultimam non determinātur ad eē dif
finiti niſi in pōtentia . nec quiditas ⁊ eē diffi
niti ſcitur per ea ſcientia vniuerſali. ſed ī po
tentia non in actu. ⁊ ſic nō perfecte ſcitur eſ
ſe diffiniti. Tertium peccatū eſt. ꝙ ſi inordi
nate ponātur in diffinitione que ponuntur.
ſic enim actus ſignificaretur precedere po
tētiam in eodem . quod nunquā cōtingit in
aliquo eſſe diffiniti in quo ē potētia et actꝰ.
In omnibus enim talibus potentia imme-
diate precedit actum. ⁊ ideo per talem dif-
finitionem eſſe ſicut eſt diffiniti nō declara
retur. ⁊ huius exemplum. ſicut ſi dicam. ꝙ
homo eſt uiuum rationale ſenſibile. Quar
tum peccatum eſt ꝙ primum diffiniens ſit
non per ſe notum in ſubſtātia ⁊ poteſtate. et
hoc cōtingit quatuor modis. quia cum diffi
nitur per id quod eſt idem. aut eque ignotū
aut per ignotius illo. aut per id qđ non po-
teſt eſſe notum niſi per diffinitū. aut per id
quod per aliud eſt notū. per id quod eſt idē
exemplum eſt. ſicut quādo diffinitur tēpus
quod eſt menſura motus. cū enim dicitur
de tēpore nihil dicitur niſi de menſura mo
tꝰ quia tēpus nihil aliud eſt niſi mēſura mo
tus. ⁊ qui ignorat tempus. ignorat id quod
eſt menſura motus. Cum uero diffinitur ꝑ
eque ignotum eſt ſicut cum diffinitur albe-
do per id quod eſt eē contrarium nigredini
Eque enim ignotum eſt quid ſit albedo . et

quid ſit eius contrariū ſcilicet nigredo. Et
ſic de diffinitione relatiuorum per ſe inuicē
ſicut inferius in ſequentibus erit māifeſtū.
De illo autem quod eſt ignotius exemplū
eſt . ſicut qui diffinit ignem dicens ꝙ ignis
eſt res inter corpora ſpiritui uel anime ſimi
lima. diffinit enī ignem per animam . que
ignotior eſt ꝙ̄ ignis per ſubſtātiam et diffi-
nitionem. De eo quod diffinitur res per id
ꝙ nō poteſt cognoſci niſi per diffinitū. exem
plum eſt. ſicut qui diffinit ſolem. dicens ꝙ
ſol eſt planeta illuminatione ſua faciens di
em. Cum enim dies ſit mora luminis ſolis
ſuper noſtrū emiſperium. conſtat ꝙ illumi
natio diei cognoſcitur per diffinitū. et ſic
circularis erit diffinitio. quod ualde eſt in-
cōueniens. omnia autem cōueniunt ī vno.
ſcilicet ꝙ diffinitur res per id quod per ali
ud debet eſſe notū. ſic enim nunquā ſtabit :
ſed ſemper diffinitur per aliud. ⁊ ibitur in
infinitum. Quītum peccatū eſt ꝙ diffinitio
nō dicat totum eſſe diffiniti. Si enim non
totum diceret ⁊ explicaret. nō diceret quid
eſt eſſe diffiniti. et nō certificaret diffinitū.
niſi in parte. Sicut qui diffiniens triāgulū
dicit ꝙ triāgulus eſt figura trium angulorꝫ
tres angulos habēs equales duobꝰ rectis.
Cum enim nō ponatur in diffinitione ꝙ tri
angulus eſt figura rectilinea habens tres
angulos equos duobus rectis nō dicitur to
tum eſſe diffiniti. poteſt enim eſſe figura tri
um angulorū habens tres āgulos maiores
tribus rectis. ſi ex arcubus ſit compoſita fi
gura triangula. Alia etiam de cauſa peccat
dicta diffinitio . quia ponit qđ non eſt eſſen
tiale diffiniti. hēre enim tres āgulos equos
duobus rectis non eſt eſſentiale conſtituēs
triangulum rectilineū. ſed eſt paſſio eſſenti
am diffiniti conſequens. Aliud exemplum
eiuſdem eſt conueniētius iſto quod dicitur.
ꝙ circulus eſt figura plana vna linea cōten
ta. hec enim diffinitio non totum dicit eſſe
diffiniti. quia de eo quod eſt principiū for-
male circuli. ⁊ ex quo producitur. non facit
mentionem. hoc eſt de centro. perfecta er-
go erit ſi ſic dicatur. circulus eſt figura pla-
na vna linea contenta. in cuius medio pun
ctum eſt. a quo omnes linee ad circūferen-
tiam producte in cōtinuum et directū ſunt.
equales . Hec ergo ſunt que in diffinitioni-
bus ſunt attendenda ⁊ cauenda. ſi per dif-
finitionem debeat certificari diffinitum.
Sūt tū alie q̄dā notificatiōes nō ꝓprie dif
finitiōes date aliqū ꝑ materiā. aliqū ꝑ effi-
ciētē tū aſſignate. q̄ niſi reducāt ad diffiniti
ones que per genꝰ ⁊ eſſentiales differētias
date ſunt. diffinitiones dici nō poſſunt ſed
qualeſcunqꝫ notificationes. Reducātur au

tem hoc modo . ꝙ materia non ut materia
ſimplex accipiuur . ſed prout ipſa eſt prima
potentia ad eſſe. Sic eim accipitur ſcd̃m ꝙ
in ipſa ē iam forma eſſentialis incoata . et in
qua poteſtate formali ſunt incoate cõſtituē
tes ⁊ diuidētes differentie. Sicut ſi dicat
ꝙ homo ē cõſtitutus ex corpore et anima ra
tionali . tũc . n . corpus non abſolutũ a forma
ſumit . ſ ʒ poti⁹ dr̃ animatũ ſenſibile ꝙ aiatũ
ſēſibile ē . ex cui⁹ potētia ⁊ incoatiõe produci
tur rationale. ⁊ ſic reddit ad illaʒ diffinitio
nem que ē ex genere et differentia. quia cor
pus animatũ ſenſibile eſt animal et anima
tum anima rationali ē rationale. Que autē
per efficiētem datur . ut ſi dicatur ꝙ homo
ē quod generatur ab homine. tũc enim effi
agens nõ ſumitur ut efficiens tātum . ſed ut
agens ſcd̃m formaʒ ⁊ vniuoce. vniuoce au
tem agēs dat formam ſcd̃m ꝙ de potentia
formali exit ad actum. vnde generatuʒ ab
homine non eſt viuum ⁊ animal ſimul . nec
animal ⁊ homo . ſimul ſcd̃m actum . ſed pri
mo uiuum in actu . ⁊ potentia ſenſibile. ſecũ
do ſenſibile ī actu . ⁊ potentia rationale. Et
etiam diffinitio per cauſam efficientem da
ta reducitur ad eam que eſt ex genere et dif
ferentia. Aliter accepta cauſa efficiens ē de
eſſentia diffiniti . ⁊ nõ certificabit ipſũ. Om
nis autem alia incomplexi declaratio q̃ fit
per accidentalia non eſt diffinitio ſʒ deſcrip
tio uocatur . talis autem declaratio non de
bet fieri per accidētalia cõmunia. quia hec
conuertibilia non ſunt . ſed per accidentalia
propria . quia de illis intelligitur quod ari
ſtotiles dicit in primo libro de aīa . ꝙ accidē
tia ſiue accidētium cognitio maximam par
tem cõferunt ad cognoſcendũ qđ quid eſt.
Hec enim ſunt accidentia nature . ⁊ de ipſi
us nature aptitudine procedunt . ⁊ ideo ſub
ſtantiam notificāt . ſicut ſepe id quod prius
eſt . cognoſcitur per id quod ē poſterius nõ
ſimpliciter . ſed quo ad nos. Hoc autem in
ſequentib⁹ erit manifeſtum . talibus tamē
utitur logic⁹ in accipiendo notitiaʒ ignoti . ſi
cut etiam utitur alijs argumentationibus
in accipiendo notitiā complexi que ſunt mi
nus certificātes ꝙ̃ ſilogiſmus . Alijs auteʒ
declarationibus utitur logic⁹ quãdocunqʒ
ſunt maioris declarationis ꝙ̃ ipſum nomē
uel dictio incomplexa cui⁹ querit notitiaʒ.
que quãuis non perfecte certificent : tamē
aliquo modo declarāt id quod querit. Et
quia ſicut dicit ptolomeus ſtultus eſt q quā
do non perfecte poteſt cognoſcere quod que
rit abicit id per quod cognoſcere poteſt de q̃
ſito cõiectans. Talium igitur regulas ⁊ pri
cipia dare eſt logici ad icõplexi cognitionē.
per que a principiis per ſe cognitis incipiat
⁊ deueniat in cognitiõem eorũ que queruu
tur . non enim omnia poſſunt eſſe icognita.
quia ſic querendo procederetur in infinitũ.
principia eniʒ prima ſunt quaſi ſemina per
naturam cognitioni hominis iſerta. ex qui
bus quaſi ſeminibus magni oriũtur fruct⁹
ſcientiarũ de his que cognoſcũtur per ipſa.
primis enim poſitis per diuiſionem cogno
ſcitur quid potentia ſit in ipſis. Et etiaʒ di
uiſio producit uſqʒ ad ultimum . propter qđ
ipſa diuiſiõis ſcientia neceſſaria eſt logico.
ut dicit boetius.

Jcut autem logicus docens quere
re ſcientiā incomplexi docet iſtru
mentum quo accipiatur notitia il
lius ſcd̃m diffinitionem . ⁊ ea que
ad diffinitionem faciunt . ⁊ que diffinitioneʒ
circũſtant . ⁊ que diffinitionem perficiunt. ⁊
ea que diffinitionem mutāt . ſic docens acci
pere ſcientiā complexi docet ſilogiſmum q
eſt illius proprium inſtrumētuʒ . ⁊ docet ali
as ſpecies argumētationum . ⁊ principia ſil
logiſmi. ⁊ ea que circũſtant ipſũ ⁊ principia
ipſius . ⁊ partes et materiam ī qua poni po
teſt forma ſillogiſmi ⁊ aliarũ argumētatio
num forma que ſillogiſmum immutāt. Et
ideo eadem de quibus habet tractare logi
cus ſcd̃m iſta diuidũtur et multiplicantur.
Eius complexi cuius poteſt accipi ſcientia.
non eſt differentia . quia ſola indicatiua ora
tio eſt cui⁹ ē eſſe uerum uel falſum. Et ideo
tantũ illius ſciētia poteſt accipi . quia ſciētia
tātum ueri eſt. Sed hec eſt duplex cathego
rica ſcilicet ⁊ hipothetica . ſiue ut arabes di
cunt . enũciatio ⁊ coniunctio . propter quod
duas ſpecies docet cõſtituere ſillogiſmoꝝ.
Docet enim cõſtituere ſillogiſmum cathe
goricum et ſillogiſmuʒ hipotheticũ . quãuis
hipotheticus ad cathegoricuʒ habeat redu
ci. Conſtructio autem ſillogiſmi dupliciter
fit . ut iaʒ diximus ī ante habitis ad inueni
endũ ſcilicet ⁊ iudicãdum. Jnuentio autem
eſſe nõ poteſt niſi per habitudinem noti ad
ignotum . que habitudo topica eſt. ⁊ in topi
corum ſcientia docetur. Judicandi autē ſci
entia per reſolutionem inuenti eſt. quod re
ſoluit aut ī formalia ſillogiſmi pricipalia vl̓
materialia . q̃ ſunt pricipia certificātia rē p
hoc ꝙ ſunt cāe ei⁹ qđ ſequit . ⁊ illatũ eſt. Et
due ſũt ptes prioꝝ . ſ . analeticorũ ⁊ poſterio
rũ analeticoꝝ . ⁊ docere principia ⁊ regulas
iſtorũ logici ꝓpriũ ē. Ne āt fiat deceptio cir
ca ea q̃ dicta ſũt inēta ē ſcīa de ſophiſticis et
elēcis. Adhuc āt ne fiat īpedimentũ ex paſ
ſione eius qui querit accipere inuente ſunt
cautele tentatoris . in quibus omnibus doc
trina logici eſt . ut ſcientia complexe accipi
poſſit enunciationis cui⁹ ſcīa queritur per

argumētationem. Quia uero ſillogiſm⁹ nō
ſcit an ſit compoſitū et complexum quid. ni
ſi ſciatur ex quibus ⁊ quot et qualib⁹ eſt et
qualiter ꝯiunctus. iō hꝫ agere logic⁹ de enū
ciatiōe et ꝑtibus ⁊ qualitatib⁹ et cōpoſitio
ne enūciationis. Et i his ꝑficitur opus logi
cum que oīa fiunt actu rōnis. q ē rōcinatio.
q actus diſcurſus rōnis ē ex vno ad aliud.
Et iō tales ſcie a dioniſio uocātur diſcurſiue
diſcipline. Non autē pōt ſic ex vno in aliud
diſcurrere rō. niſi ꝑus accipiat vnuꝫ in alio
eē ꝑ ſe uel per accidens. uel vnū ab alio eſſe
diuiſum ꝑ ſe uel ꝑ accidens. Et hoc eſſe nō
poteſt. niſi accipiat vnum eſſe ordinatuꝫ ad
aliud per ſe uel per accidēs. ordo autem eſt
prioris et poſterioris ſcōm naturā et eſſe. ⁊
ſic accipit vniuerſale et particulare ꝑ ſe uel
per accidens. Et ſic inuenit modū predicā
di vnum de altero uel negandi. Et quo ad
ordinē inuēta ē ſciētia vniuerſaliū ⁊ ſciētia
predicamētorū: Et quo ad modū educēdi
vnū de alio inuenta ē ſciētia diuiſionū. Ra
tionis eim opus ē ordinare cōponere ⁊ col
ligere ⁊ reſoluere ea que collecta ſunt. quo
opere utitur quaſi inſtrumēto in accipiēdo
ſciētiam quādo procedit a noto ad ignotuꝫ.
quorū notitia ſi perfecte tradit̄ preparatus
ē logic⁹ ad acceptionem ſciētie. dūmodo ſci
at cauere errores ⁊ fallacias de qui b⁹ ſuffi
ciēter iſtruitur i ſophiſticis elencis. Hec igi
tur ſunt ꝑtes logice que generaliter habent
docere modū accipiēdi ſciētiā de quolibet
ſcibili incōplexo uel cōplexo. Et hoc iā ante
nos determinauit alfarabi⁹. hic tamē mo
dus ſcōm materiā in qua ponitur uariatur
ſcōm diuerſitatem materie i qua queritur
ſciētia. Nā in ſermocionalib⁹ aliter ē in grā
matica. que dictionū ſignificantiū attendit
modū tam in flexione ꝙ in cōiunctione con
ſtructionis. Aliter etiā ē in poetica que ex fi
ctis et imaginatiōe mouere intendit ad de
lectationeꝫ uel abominationeꝫ uel apetitū
uel amorē uel odium. Et ideo fabula ⁊ reci
tatione factorū heroicorū. et in oratiōe cātu
utitur modulato breui et lōgo ut ōmulceat
auditū. ut facilius prouocet. Et aliter eſt in
retoricis que dicendi docet copiā ad perſua
dēdum iudicē ut ꝓuocetur ad uindictā uel
priuationem ei⁹ de quo pſuadet. ſumēs lo
cos retoricos tam in pſuadēdo ꝙ etiam in
cōqueſtione ⁊ accuſatione. ⁊ ſunt etiam colo
res orationis ut lepida ſit. oratio uiget acce
pta ꝓpter ſermonis culturā. Aliter etiam i
laudabilib⁹ ⁊ ethicis in quibus laudis uel
uituperatiōis demonſtratione acceptabile
⁊ laudabile fit qꝺ ꝓponitur priuſꝙ uirtute
perſuaſionis. Et enim i realib⁹ ſciētijs alit̄
ē i probabilib⁹ ⁊ aliter i neceſſarijs ⁊ demō
ſtrātibus. ⁊ aliter in cōiectantib⁹ que non
ſunt ſcientie demōſtrationum. ſicut i phiſo
nomia ⁊ ſecūda parte aſtronomie et nigro
mantia ⁊ alijs huiuſmōi ſcientijs. Talibus
igitur ⁊ his que dicta ſunt habitis perfectū
erit omne negociū logicū quo tradere inten
dim⁹ methodū qua omne quod ignotū eſt
notū fieri poteſt ex eo qꝺ per ſe notuꝫ eſt uel
poſitum uel accep tū ut notum. Queda eiꝫ
ſunt per ſe nota in quibuſdam. quedā auteꝫ
ſunt accepta ab alijs ut nota ſicut i ſcientijs
coniecturalib⁹ in quib⁹ nulla ſunt ſm res ꝑ
ſe nota.

PRimum autem quod i ſcientia lo
gica eſt cōſiderādum vniuerſale
ē. quia ſi ratio predicabilis ō alijs
ſm ueritatem attendat̄. ꝓpie ⁊
uere predicari de alio non pōt. niſi ꝙ ineſt
illi de quo predicat̄. Cum autē nihil inſit ſi
bi ipſi. hoc. n. ſm intellectū i̇telligi non pōt
ꝙ aliquid ſit in ſe ipſo. uel inſit ſibi ipſi ut di
cit ariſtotiles in primo phiſicorum. oportet
ꝙ omne quod ineſt e alij accipitur. aut inſit
ut natura eſſentialis aut accidens. Et per
hoc ꝙ ineſt ſequitur de neceſſitate q cōmu
nicabile ſit omnib⁹ quib⁹ ineē ſignificatur.
cōmunicabile ergo multis ē ſm aptitudinē
⁊ in multis ⁊ de multis. omne autem quod
ſic ineſt. ⁊ hac ipſa de cauſa predicabile eſt.
Ratio ergo ⁊ cauſa predicabilis ē ꝙ ſit vni
uerſale: Cum ergo prim⁹ actus rationis q
ſcientiā ignoti inueſtigat per notum ſit ordi
natio predicabiliū. ordinatio autem predi
cabiliū cognoſci nō poteſt niſi ſciatur ꝑ quā
rationem predicabile ſit id quod predicat̄.
que ratio ſumitur ex hoc ꝙ predicabile eſt.
Eſt enim prius conſiderare predicabile ſꝫ
id quod predicabile ē ꝙ cōſiderare ordineꝫ
predicabiliū. Cum ergo ex hoc ꝙ vniuerſa
le ſit predicabile. ſic oportet ꝑmo ponere ſci
entiam predicabilis. Si autem quis obici
at ꝙ etiam particulare de ſe ipſo predicat̄.
dicemus ꝙ hec predicatio nō perfectaꝫ ha
bet predicationis rationē. ⁊ de hoc in ſequē
tibus in loco oportuno pertractabitur. Sic
ergo ad predicabilium rationem ⁊ neceſſa
rium ē ⁊ utile de vniuerſali premittere tra
ctatum. Uniuerſale autem eſt quod cum
ſit in vno aptum natum ē eſſe in pluribus.
ut in ante habitis oſtenſum eſt. Et per hoc
ꝙ in multis per aptitudinem eſt. predicabi
le eſt de illis. ⁊ ſic vniuerſale ē qꝺ de ſua ap
titudine eſt in multis et de multis. Et hoc
modo prout ratio ē predicabilitatis ad logi
cū ꝑtinet de vniuerſali tractare. ꝙuis ſꝫ ꝙ
ē natura qdā et dr̄a entis tractare de ipſo
pertineat ad methaphiſicum. Predicare
enim et predicari rationis eſt ordinantis et

componentis predicabilia ſcd̃m predicabi
lium propriam rationem. ¶Predicabile au
tez ſic acceptum prout eſt vniuerſale quod
in multis et de multis. aut ineſt eſſentiali
ter aut accidẽtaliter. ſiue ut eẽntia ſiue ut
accidẽs. Si autẽ ineſt ut eſſentia. aut ineſt
ut tota eſſentia. aut ut pars eẽntialis. ſi ineſt
ut tota formalis eẽntia conſtat ꝙ ẽ ſpecies.
quia ſpecies totuz eſt formale eẽ indiuiduo
rum de quibus predicaẗ. quia quicquid eſt
poſt ſpeciem eſt de materia uel indiuiduan
tibus. Si autẽ ut pars eſſentialis. tũc aut ẽ
ſcd̃m potentiã i qua eſt eẽ per incoationez.
aut eſt pars ſcd̃m actum i quo eſt eẽ ſcd̃z ac
tum perfectum. Et priori quidem modo ẽ
genꝰ. ſecũdo uero modo eſt differentia. Si
uero ineſt ut accidens. aut ineſt ut accidens
nature quod de ipſius nature aptitudie cã
tur ⁊ emanat. aut ut accidens cõmune qd̃ ẽ
accidens indiuidui. Et priori quidem mo
do eſt proprium. ⁊ ſecũdo modo eſt accidẽs
uocatum. Et de omnibꝰ his tractare eſt ne
ceſſarium logico. ꝓpter hoc ꝙ predicabiliũ
conſiderat ordinem. et predicatorũ compo
ſitionem. Qualiter omnia iſta predicantur
per notam cõpoſitionis. ⁊ qualiter per hoc
uerbũ ſubſtantiuum eſt ſignificaẗ in ſequen
tibus erit manifeſtũ. ſed hic tantũ ſufficiat
ꝙ quicquid predicatur. predicaẗ non ut per
ſed ut idem ſcd̃m eſſe. Idem autẽ dico per
ſe uel per accidẽs. De his igiẗ in hoc noſtro
libro erit tractatus. nec cõſiderabimus hic
res ipſas quibus talia ad ordinem vnũ pre
dicabilis referuntur. Hoc enim in libro pre
dicamentorũ habent determinari: ſed acci
dens ipſis rebus quo eorũ primum predica
bilium generis habet nomen et rationem.
⁊ ſcd̃m ſpeciei. ⁊ tertium differentie. quartũ
uero proprij. quintũ autem accidẽtis. Hoc
enim ad iſtius primi libri pertinet intentio
nem. per hoc enim accidẽtia diuerſum mõz
accipiunt predicãdi i quid uel i quale. Quis
cõueniant omnia in hoc ꝙ qd̃libet ipſorum
eſt predicabile. per quod etiaz ſciẽtia ẽ vna
⁊ non multe. Diffiniri autez vniuerſale ue
ra diffinitione non poteſt. quia per hoc ꝙ p̃
dicabile eſt d̃ multis. nõ eſt vnius et eiuſdẽ
rationis ſed eſt dictũ per prius ⁊ poſterius
de illis de quibus ẽ per ambitũ ſue cõmuni
tatis predicatum illis. tractantes autẽ de
his moduz et ordinẽ tenebimus porphirij.
ut duplex utilitas habeaẗ noſtri operis. et
de vniuerſalibus habeatur doctrina. et eti
am libri porphirij habeaẗ intellectus quez
ſcripſit ad quẽdam Criſarorium ſuum di
ſcipulum. Cum autem ſit duplex neceſſari
um. ſcilicet ineuitabile et utile ad eam que
eſt apud ariſtotilis libros doctrinã predica
mentorum. que ceteris docctrinis predica
mẽtorum p̃excellentior eſt noſſe quid ſit ge
nus. quid differentia. quid ſpecies. quid p
prium. ⁊ quid accidens. Secundum ꝙ hec
vniuerſalia habent rationẽ predicabilium
oportet tractare de iſtis. Ineuitabile enim
eſt ſecunduz ꝙ rationem predicabilis opor
tet cognoſcere ante predicabilium ordinez.
Utile eſt ſcd̃m ꝙ adminiculũ ẽ ſcire ĩtentionẽ
generis ⁊ ſpeciei ⁊ differentie ⁊ ꝓprij ⁊ acci
dẽtis. anteꝗ̃ determineẗ d̃ his que i vno
genere ordinãtur ut ſpecies. ⁊ anteꝗ̃ deter
minẽtur que ex vno genere diuidũtur p op
poſitas differẽtias. ⁊ anteꝗ̃ aſſigneẗ vniuſ
cuiuſqz generis ꝓpria et ãpla diſtinctio ge
nerum in ſubſtãtia ⁊ accidentiuz genera de
terminẽtur. Eſt autẽ neceſſariuz ⁊ utile ad
diffinitionũ aſſignationẽ: que oẽs ꝓut p̃di
cabiles ſunt ex genere ⁊ differẽtiis cõſtituũ
tur. in quibus cauere oportet ne aliquod ac
cidẽtale ponatur. nõ enim poteſt uitari ma
lum niſi cognitum. ut dicit boetius. Omni
no etiam neceſſarium ad demonſtrationez
cuius medium ſcd̃m potiſſimũ modũ d̃mõ
ſtrandi diffinitio ẽ dicẽs quid et propter qd
Eſt enim talis diffinitio ut dicit ariſtotiles
demõſtratio poſitione differẽs. Neceſſari
um ẽ etiam et utile ad diuiſionũ ſcientiam.
quia omnis diuiſio uel ẽ generis in ſpecies
uel totius i partes uel ſubiecti i accidentia.
uel accidentis in ſubiecta: uel uocis in ſigni
ficationes. Et patet ꝙ quedam in diuiſiõe
ſunt que ſine doctrina iſtorũ ſciri nõ poſſũt.
Quare ſcientia generis ſpeci et differentie
proprij ⁊ accidẽtis aminiculum eſt ad ſcien
tiam diuiſionum generis in ſpecies. et acci
dentis in accidẽtia. uel accidentis in ſubiec
ta uel ſubiecti in accidẽtia. Si autem non
ad omnem utilis eſt diuiſionez. per hoc nõ
remouetur quin ſit ad diuiſionem. Scienti
am autem diuiſiõis nõ habet etiam q vnã
ignorat diuiſionis rationem. Cum ergo taz
utile ſit hoc negocium iſtaruz rerum prout
vniuerſalia quedam ſunt. iſtarum quinqz
rerum prout in ratione ſunt ſpeculatiõe ſi
ue cõſideratione tentabo traditionem com
pendioſam faciens doctrinam monſtrare.
Modus enim noſter quaſi introductorius
erit. ut peritis ſufficit. Ea autem que ab an
tiquis d̃ his dicta ſunt colligemus. ⁊ quis
in modo introductionis ab altioribus que
ſtionibus abſtinendum ſit. tamen propter
doctrine bonitatem etiam illas tãgemus.
Cum tamen in modo introductionis ſim
pliciora facile ab imperitis itelligibilia me
diocriẗ ſint potiꝰ piectanda. ut facilior fiat i
ſtructio. De vna. n. et eadẽ re ſubtili d̃mõ
ſtratiõe ⁊ itroductoria diſertiõe põt tractari

Non.n.per cāſ altiſſimas iſta hic demon
ſtrabimus ſed per ſimilitudines et exēpla
de his faciemus inſtructionez.

E autē uideatur ꝙ nulla ſcia ꝺ his
n ſit que per logice pꝛīcipia determi
nari non pūt.ſed oꝫ ꝙ altiſſime ſa
piētie principijs determinenť. Prima qui
dem ē.an iſta q̄ genera ⁊ ſpecies dicunť in
re ſubſiſtant.aut non quidē in rerū natura
ſint ſubſiſtentia.ſed ī ſolis nudis puriſqꝫ in
tellectibus p abſtractionez a rebus factam
ſint poſita.Et dico ſolis itellectibus p exclu
ſionē reꝝ.ita ꝙ non i rebus ſint. Nudos āt
dico itellectus ab apēditijs materie ſepera
tos.qui illoꝝ tm̄ ſunt que nunq̄ꝫ in materia
fuerūt.Que.n.ī materia fuerūt.nō i nudis
ſunt itellectib⁹.ſꝫ ſunt ī intellectib⁹ qui im
mixti ſunt fantaſie et ſenſui. Puros aūt uo
co intellectus ex parte itelligibilis ad qd̄ ni
hil mouet niſi ſolius itelligentie lumen.et
nō fantaſma receptū.Sunt tm̄ q alr̄ ea que
dicta ſunt iterp̄tanť dicentes ꝙ in ſolis itel
lectibus ſunt illa quo ad nos q̄ ut ſint.⁊ quo
quomō eē hēant.ſolus ſcit intellect⁹.Et ta
le eē in intellectu v̄lia hēre dixerūt illi q uo
cabanť noīales.q cōitatem ad quaꝫ pticula
ria v̄lium de qbus ipſa v̄lia referunť tm̄ ī
ītellectu eē dicebāt. Nudos aūt uocant itel
lectus qui ad ſcibile qd̄ accipiunt.nō hn̄t p̄
ſcriptos hitus q diſponant intellectum ad
ſpeculationē coꝝ que in ipſo ſunt.ſicut intel
lect⁹ ꝯcluſionū p̄ſcriptū q̄rit hitū pꝛīcipioꝝ
per quem fit concluſio ⁊ intellectus princi
pioꝛuꝫ preſcriptū ſibi querit hitū notitie ter
minoꝝ.⁊ ſic de alijs. Puros aūt dicunt in
tellectus q mediante fantaſmate non acci
piunť.Sunt āt adhuc q hoc referūt ad itel
lectum cauſantē et cognoſcentem iſta.q eſt
ītellectus intelligētie illius que iradiat ſup
ītellectuale aīe nr̄e.Et dicūt ꝙ in ſolis intel
lectibus ſunt que eē non hn̄t niſi in lumine
illius itelligentie.Et ſunt illi qui dicūt v̄lia
non niſi ydeale hēre eſſe ſm ꝙ v̄lia ſunt.et
non eē res coniunctas materie ſed implere
oēm materiā ſuaꝫ imaginibus pticulariū.
ſicut vnus maſculus multas implet femi
nas.Hi aūt nudos dicūt itellectus ſepara
tos ab imaginib⁹ quas imprimūt in mate
riam. Puros aūt dicunt eo ꝙ impuritati
naturaliū principioꝝ in cauſando non pmi
ſcenť.ſed ex ſuo lumine producunt formas
v̄les.que p diſtātiā ab ipſis impuritati ma
terialium pꝛincipioꝝ pmiſcenť.et tūc pticu
lantur ⁊ determinātur. Nonulli ēt dixerūt
ꝙ multiplicatio iſta nō ponitur niſi ad exp̄ſ
ſionē eiuſdem rei p uerboꝝ quādaꝫ inculca
tionē.Ab his ergo qōnibus et alijs que cir
conſtant iſtas que determinari non pn̄t niſi
per pꝛincipia quibus determinari hꝫ intel
ligētiarum natura ⁊ illuminatio abſtinebi
mus.Quis.n.tangemus eas ut ſcianť que
ſunt:Cum per hui⁹ ſcie principia diſcuti et
ad plenum determinari nō poſſunt.eo ꝙ ſa
pientie pꝛime quo ad altiſſimam eius ptez
ē huiuſmōi negocium.et iō maioꝛis et ſubti
lioꝛis egens eſt inquiſitiōis. Illud uero qd̄
ꝺ his ex pbabilibus ſcire utile ē logico ī iſto
libꝛo tentabo monſtrare.colligens pꝛoba
bilia ex antiquoꝛuꝫ dictis. Et pꝛecipue dic
ta ſequens peripateticoꝝ.que ſecta in phia
pbabiliſſima mihi uidetur. Secūda ue
ro qd̄ eſt a qua hic abſtineo.ꝙ ſi deť ꝙ ſubſi
ſtant in re extra intellectum.utruꝫ ſint ſubſi
ſtētia coꝛpoꝛalia an icoꝛpoꝛalia ſint. Ter
tia qd̄ eſt.utrum ſint in ſenſibilibus ſingula
ribus ſuis poſita ſcdꝫ eē.an ſint extra ſingu
laria in reb⁹ ſolis methaphiſicis ſicut dixiſ
ſe plato refertur.Hoc.n.per rōnes logicas
ad plenū ſciri non poterit.ſꝫ methaphiſico
determinanda relinquntur.Tres igiť ſunt
iſte queſtiōes de v̄libus. Prima quidē de
eē ipſoꝛum.Secūda de quiditate eoꝛūdeꝫ.
Tertia uero de cōparatiōe ipſoꝝ ad ſua pti
cularia.Et iō quis he qōnes de oībus ſint
v̄libus uel eē poſſunt.tamen de generibus
et ſpeciebus iſta pꝛecipue querūtur trib⁹ de
cāis.quaꝝ vna ē.qꝛ iſta cum pꝛedicentur in
quid per ſe eē ſignificātur.Alia autem vni
uerſalia cum pꝛedicētur in quale ſignificāt
eē in alio.⁊ ideo minus per ſe eē uidentur.
Secūda ratio ē.quia alia tria in iſtis eſſe ſi
gnificātur.differentia eīm in genere eſt po
teſtate.⁊ in ſpecie ſcdm actum.pꝛium au
tem in ſpecie et genere ut uere accidēs.acci
dens autē cōe in indiuiduo. Tertiam ratio
nem.quidam dicunt ꝙ omnia alia ad ratio
nes iſtorū referunť.Eſt.n.quoddā differen
tiarum genus cuius ſpecies ſunt differētie
ſpeciales.et ſimiliter ē in pꝛopꝛijs ⁊ accidē
tibus.ſed hec ultima ratio parui ualoꝛis ē.
pꝛima aūt rō optima.et ſecūda bona.et ſm
itentiones eoꝛum qui hec dicebāt ſumpta.

Uanuis autē hec determīata ſint
ſupꝛa uires logice.eo ꝙ opoꝛtet in
his uti rōnibus ſumptis ex pꝛinci
pijs entis ſm ꝙ ē ens.ex quibus cognoſcitur
tur quid ſit ſubſiſtens ī itellectu ſolo nudo ⁊
puro.et aliā ſubſiſtentiā non habet. Et qd
eſt ſubſiſtens extra intellectū in natura ſm
eē cōpletum.Ad quod nō ſufficiūt rationes
logice.tamē pter bonitatem doctrine.et
ne ſit ſuſpēſus lectoꝛis animus hec aliquā
tulū explanare tentādum eſt.Ad queſtionē
ergo pꝛimam difficultates maioꝛes que du
bitationem pꝛo parte faciunt ſunt inducen
de.ut uiſa rōne dubitationis melius intelli.

gaẗ ueritas ſoluta dubitatione. Eſt ergo qđ
prima vtrū vniuerſalia ⁊ ꝑcipue genera et
ſpecies que quidē ſignificāt ſubſiſtāt in natu
ra ſecundum eē ſeperatū ab itellectu. aut ñ
quidē ſic ſubſiſtāt. ſꝫ in ſolis nudis puriſqꝫ i
tellectibus poſita ſint. ita ꝙ ſeperatuꝫ nō ha
beāt eſſe. ſed tñ ſint accepta ꝑut ſunt rati
ones ⁊ itentiones i mente ⁊ lumine itellect⁹
accepte. Sic ergo explicata qōne hij qui di
cūt in ſolis nudis puriſqꝫ itellectibus poita
eſſe ſeptē pro ſe fortiores iducunt rōnes.
Dicūt eniꝫ ꝙ Boetius ⁊ Ariſtotiles ⁊ Aui
cena dicūt ꝙ omne qđ ſeperatū in natura ē
idem eſt ꝙ vnum numero. vniuerſale autē
ꝙ eſt genus ⁊ ſpecies nō vnū numero eſt eo
ꝙ vniuerſale eſt vnū i multis ⁊ de multis.
quod autē eſt vnum i multis ⁊ de multis ſe
peratū nō eſt a multis. ergo ipſuꝫ ſeperatū
nō ē: nō ergo vnū numero ē. ⁊ ſi unuꝫ nume
ro nō eſt ſequiẗ ipſum nō eſſe. ergo vniuerſa
le ſeperatū nō eſt. Si ergo aliquo modo eſt
nō niſi i ſolis nudis puriſqꝫ itellectibus eſt
in ſolis quidē qꝛ i re nō eſt. nudis autem qꝛ
vl'e denudatū eſt a fantaſmatibus puris au
tē qꝛ niſi purū itelligētie lumē eſt nulli com
peratum materie ſenſibili. Secundā addu
cūt rōnem. dicūt enim ꝙ oē quod ſeperatuꝫ
i natura eſt. ſeperatum habēs eſſe extra in
telligētiam hoc aliquid eſt. Et hoc quidem
dictū eſt Ariſtotilis ⁊ Auicene ⁊ probatur ꝑ
inductionē. qꝛ vniuerſale nō eſt hoc aliquid
ſed quale quid. ergo uniuerſale i natura exi
ſtēs nō eſt. Si ergo eſt. oꝫ ꝙ in ſolis nudis
puriſqꝫ itellectibus ſit. Tertiam adducūt
rōnem ſi omne qđ eſt ſecundū eſſe ſeperatū
i natura particulare ⁊ in diuiduū eſt. ut oīs
forma que eſt in indiuiduo idiuidua eſt. ſiue
ſit ſubſtātialis ſiue accidētalis. idiuiduatur
enim per materiā que omnis idiuiduatiōis
ꝑicipiū eſt ⁊ cauſa. vl'e autē ponitur eſſe in
ſuo particulari ut in ſubiecto. ⁊ ſubſtātia in
qua ſubſiſtit. ⁊ que ſibi ſubſtat ut dicit Ari
ſtotiles i predicamentis. vniuerſale ergo ſi
ſubſiſtat extra intellectū in ſuo particulari
particulare eſt. qđ abſurdū eſt qꝛ particularẽ
nec eſt in multis nec de multis eſt. vniuer
ſale autē eſt in multis ⁊ de multis. Quarto
ad idem inducūt ꝙ Ariſtotiles in prima ꝓ
bat pħia multipliciter ꝙ in eodem idem eſt
eſſe vniuerſalis ⁊ ꝑticularis qꝛ aliter homo
eſſet duo ⁊ nō unū. Si ergo vniuerſale eſſe
habet vnū cū eſſe ꝑticularis hoc eſſe ſecun
dum ꝙ in particulari eſt particulare. Et ꝑ
ticularis eſſe eſt nō eſſe de multis ⁊ in mul
tis. hic enim homo ſingularis ē ⁊ nō i multꝭ
⁊ de multis a deſtructione ꝯñtis arguitur.
Si vl'e ſecundū ſuū eſſe in multis ⁊ de mul
tis eſt. vniuerſalis eſſe nō eſt eſſe particula
ris. eſt autē eſſe particularis ſi extra eſt er
go nō extra in natura eſt. ſed i ſolis nudis.
puris intellectib⁹ eſt. qꝛ aliter vl'e nullomō
eſſet ꝙ valde iconueniens eſt. An uero vni
uerſale ſit nunꝗ̄ aliquis dubitauit. Et ideo
antiqui nō querebāt an vl'e ſit uel non ſit. ſꝫ
querebāt an vl'e extra intellectū ſeperatum
in natura ſit. an in ſolis nudis puriſqꝫ itel
tibus poſitū ſit ⁊ fūdatū eo qꝛ extra intellec
tū ſit in rerū natura. Quinto opponūt dicen
tes que Auicena dixit ⁊ Algazel. ꝙ vl'e qđ
eſt genus vel ſpecies ſi extra itellectū ē aut
cepit eſſe aut nō cepit eſſe. Si dicaẗ ꝙ non
cepit eſſe ſequiẗ ꝙ eternū ſit quod eſſe nō po
teſt. cum cauſam hēat itelligētie lumen qđ
facit ⁊ dat oēs formas. Si autē cepit eē aut
cepit eſſe a ſe ipſo aut ab alio. nō autē cepit
eſſe a ſe ipſo qꝛ nihil incipit a ſe cum plato di
cat ꝙ nihil eſt cuius ortum ligitima cauſa
nō preceſſerit. Si autem ab alio cepit. per
actū agētis cepit nihil autē fit ꝑ actū agētis
niſi particulare ⁊ indiuiduū. qꝛ oīs actus cir
ca ꝑticularia eſt. ergo vl'e particulare ⁊ idi
uiduū eſt. deſtruamus ergo ꝯſequens dicen
tes ꝙ vl'e particulare ⁊ indiuiduū nō eſt ſi
cut iā ſuperius ꝓbatū eſt. ergo vl'e nō cepit
eſſe nec in eternū eſt. ergo vl'e nō eſt in natu
ra ſed in itellectu eſt. Sextū qđ i aſſertione
ſue inducūt opinionis eſt. ꝙ i arte que natu
rā imitaẗ duo eē videnẗ i forma artis. Si
enim conſidereẗ ſecūdū ꝙ in artifice eſt cōis
⁊ ad oīa que ſunt eiuſdē generis ⁊ ſpeciei. qꝛ
in artifice eſt ꝑ modū artificis. Et ſicut vn⁹
eſt artifex valens producere multa artificia
ta. Ita forma i artifice cōe exemplar eſt ad
oīa in quibus illa forma pōt exēplificari. qñ
autē extra artē artificis eſt in materia artifi
ciata ꝑticulata ē: ⁊ nulli pōt eſſe cōis nec ali
quā habet aptitudinē ad hoc ꝙ in alio ⁊ de
alio ſit. Similiter autē i formis naturalib⁹
eſſe videẗ. In his enim itelligētia eſt ut arti
fex ⁊ forma naturalis ⁊ forma in rebus. ſi
cut forma artis i materia artificiati. videẗ
ergo ꝙ ſi vl'e cōe eſt ⁊ aptū natura eſſe i mł
tis ꝙ hoc nō habeat niſi ſcđm ꝙ eſt i intelli
gētia que cōis artifex eſt vl'e. ergo ut vl'e eſt
nō eſt niſi qđ in ſolis nudis puriſqꝫ itellecti
bus eſt. Septimo ēt ꝑ hoc confirmāt hoc ꝙ
dicūt ꝙ in libro de cauſis multipliciẗ ꝓbatū
eſt ꝙ res in cauſa nō eſt niſi per modū ⁊ vir
tutē effecti ꝑ cauſā. i effectu autē cauſa nō eſt
niſi per formā quā i effectū cauſa ꝓducit. qꝛ
omne ꝙ de potētia ꝓduciẗ ad effectū nō ꝓ
duciẗ niſi per id qđ eſt in effectu. tam i vni
uocis accidentibuſ quā in equiuocis. qꝛ equi
uocaſ ad vniuocas reduci neceſſe eſt. forma
igiẗ prime itelligētie agētis i h ꝙ effect⁹ ē nō
ē id niſi ꝑ ꝯdictionē ⁊ vtutē effect⁹. effect⁹ āt

indiuiduus ꝛ ſingularis ē. ergo forma ſiue
ſubſtãtialis ſiue accidẽtalis in effectu proce
dẽs ab itelligẽtia indiuidua ē ꝛ ſingularis.
Uľe ãt nec indiuiduū nec ſingulare ē. Uľe
ergo in effectu nature extra intelligẽtiã ꝓce
dens non ē. Jn ſolis ergo et nudis puriſq̄ȝ ĩ
tellectibus poſitum eſt. Hec ſunt que ut for
tiora inducũt. q vľia in ſolo itellectu poſita
eē concedunt. Et iõ dicũt ariſtotilē dixiſſe ꝙ
vľe ē dū intelligiť. ſingulare ãt ē duȝ extra
ſentiť. E cõtra ãt illi qui vľia dicũt eē res ex
tra itellectum exñtes ꝑ ſe fortiora inducũt
ſeptē. qbus maxie initunť. Quorū primū ē
ꝙ hic hõ non ē niſi a ſimplr̃ hoie. et eadē rõ
ne alius hõ non ē niſi a ſimplr̃ hoie. ꝛ ſic de
oibus aliis. non aũt põt hõ eē niſi ab eo qđ ē
ſcđm rem ĩ natura extra ĩtellectū exñs ſim
pliciter. ꝓp qđ dr̃ hõ digniſſimū creaturaꝝ.
Si. n. hoc cõueniret huic hõi ſm ꝙ hic hõ
non conueniret alij. ſimilr̃ ꝙ hõ eſt rõnalis
non ꝯuenit huic ſm ꝙ hic. qꝛ tunc alii nõ cõ
ueniret. ergo conuenit ſm ꝙ hõ. ergo hõ ſȝ
ꝙ hõ et non hic hõ ē aliquid ĩ natura preter
ĩtellectum exñs. Eadem rõ ē de aĩali ſm ꝙ
aĩal. Secũdum ē ꝙ ſicut dicit ariſtotiles in
pͥcipio primi phiſicoꝝ. eadem ſunt quibꝰ
res ē. ꝛ quibus cognoſciť ꝛ ſciť. non ē ãt ſcia
niſi de vľi ꝛ per vľe. ergo res non ē niſi per
id qđ vľe ē. ſcia. n. non ē niſi de rebus et per
res. precipue in phiſicis. ergo vľia ſunt res
extra intellectū. ſi. u. eēnt in itellectu tm̃. eſ
ſent rerū intẽtiones ꝛ nõ res ipſe. Tertio in
ducunt ꝙ forma que dat eē non hȝ eſſe a ma
teria. quãuis ſit ĩ materia. ſed hȝ eē ab age
te ſm formam ꝛ agente vniuoco. et ſm ꝙ ē
ab agente uere ē ꝛ ē extra intellectū. ꝛ tñ nõ
ē hoc uel illud. ſed ē ſimplr̃. Sed vľe ē qđ
ſm ſe non ē hoc uel illud. ſed eſt ſimplr̃ cõi
cabile factū hoc uel illud. ergo vľe ſimplr̃ et
ſm ſe ſeparatum ab agente ꝛ in natura exi
ſtens ē. quãuis non ſit hoc uel illud. vľe er
go ſimplr̃ ē. ꝛ magis ē q̄ȝ pticulare ſiue hoc
uel illud. Et hec fuit obiectio platonis. qui
dixit vľia eſſe formas. Quarto adducũt. qꝛ
id qđ ē ab agente formaliter uere ē in natu
ra. ꝛ tñ de eē ſuo formali nihil hȝ a materia
ſed ab eo qđ ē in materia. hȝ qđ ē forma hu
ius uel illius. Ens autē uere ab agente non
ſm ꝙ ē huius uel illius veriſſime hȝ eſſe in
natura et agente formalr̃. qꝛ vno mõ ſe hȝ
ad oia que ab eo exẽplificanť. qđ ergo ſic eſt
ueriſſime ē apud naturam. qꝛ eē ſuum non
ē ab aliquo obumbratum uel uariatum. for
ma aũt ſm ꝙ vno mõ ſe hȝ ad oia particula
ticularia ſua ſic ē. et tale hȝ eſſe. hoc autem
modo ē vľe. ergo vľe ueriſſime ē in natura
ꝛ uerius ē q̄ȝ particulare. Quĩto inducũt ꝙ
forma dat eē rei et ſpecie et rõne. et natura

non eſt niſi lumen itelligentie terminatum
ad hoc. ꝛ incorporatum iſti. qđ ergo dat eſſe
et rõnem. aut hȝ ab hoc quod eſt incorpora
tū iſti. et terminatū ad hoc. aut non. Cõſtat
aũt ꝙ non hȝ clare eē et rõnem ſm ꝙ eſt ter
minatū ad hoc. ꝛ ſm ꝙ ē ĩcorporatū iſti. qꝛ
hoc accidit iſti. ꝛ ab hoc accidẽte non põt hẽ
re actum ſubſtãtialē. hȝ ergo ab hoc quod ē
lumen itelligẽtie. que ē dãs eē in natura. nõ
ãt dat eē ĩ natura niſi ꝙ uere ĩ natura ē. er
go forma q̄ dat eē in natura uere ĩ natura ē
extra itellectū. ſicut forma artis non dat ar
tificiato eē in genere ꝛ ſpecie artificiati. niſi
ſm ꝙ ĩ artificiato uere ē ẽt extra intellectuȝ
artificis. quãuis hoc quod dat eē artificia
to non hẽat ab eo ſm ꝙ in artificiato ē. ſȝ hȝ
ꝙ ē ab artifice. Sexto adducũt ꝙ lumē fa
ciens colores non amittit aliqđ per hoc ꝙ ē
ĩ corpore terminato. nec aliqđ accipit eſſen
tie uel uirtutis ad agendū. q̄uis ei quod cõ
ſtituitur per ipſū multa accidant per hoc ꝙ
ad hoc uel id terminať. ergo ſimilr̃ lumen
ĩtelligẽtie. quod de ſe formas largitur. non
amittit id qđ de ſe uel ab efficiẽte hȝ ꝑ hoc
ꝙ ē in iſto uel in illo. nec aliqđ accipit eſſẽtie
uel uirtutis ab hoc ꝙ terminať ad hoc uel
illud. quãuis ei ꝙ cõſtituiť ab iſto multa cõ
ueniãt ſm ꝙ lumen iſtud conſtituẽs agit in
hoc uel illo. ſic aũt uirtutē cõſtituendi hñs
ē uere in natura. et non ſm ꝙ ē in iſto uel in
illo. hoc ãt diciť exñs ſimplr̃ ꝛ ueriſſime et
ex natura vnã aptitudinem hñs ad oia qui
bus dat eē ꝛ rõnem. hoc ãt ē genus et ſpẽs
prout ſunt vľia. genus ergo et ſpecies vľia
ueriſſime ſunt ĩ natura. Septimo ĩducunt
ꝙ id qđ ſm naturã ꝛ uirtutem eſt añ rem.
ab eo ꝙ ē pꝰ ipm. nec eē accipit. nec vnitatē
uel multiplicationem ſm ſeipm. niſi ſcđm
eē qđ hȝ in iſto uel illo qđ pꝰ ipm eſt. vľe ãt
ſiue forma que ē rei cã et principium ē ante
rē ſcđm cãm ꝛ nature ordinem. ergo ab eo ĩ
quo ē. nec accipit eſſe nec vnitatem nec mul
tiplicationē ſcđm ꝙ ipſum ē in ſe. quanuis
multipliceť tñ ſcđm eſſe qđ hȝ in iſto uel il
lo. Si ergo in ſe accipiať. nihil horuȝ hȝ ab
eo ĩ quo ē. ſcđm ſe ipm ãt acceptum ueriſſi
me eſt. qꝛ ſcđm ſe acceptū non hȝ hoc ꝙ nõ
ſit niſi ĩ intellectu. quãuis ab itellectu cogno
ſcente ꝛ cauſante. ſcđm ſe ergo acceptū ue
riſſime ē res in natura ſimplici exñs. ſic ãt
vľe eſt aptitudinē hñs ad oia ſua ſingularia
vľe ergo ueriſſime ē ꝛ res in natura ē. etiaȝ
abſq̄ȝ eo ꝙ ĩ intellectu ſolo puro et nudo ſit
acceptum. Ecce hec fortiora ſunt que illi ꝓ
vna parte et alia inducũt in ſuarū aſſertio
nē opinionū. Nos ãt quãtum ſufficit pñti in
tentioni iſta ſoluentes dicimus ꝙ vľe tripli
cem hȝ cõſiderationē. ſ. ſcđm ꝙ in ſeipſo eſt

natura ſimplex ⁊ īuariabilis. Et ſcðm ꝙ re
fert ad itelligētiam. Et ſecūdū ꝙ eſt ī iſto
vel in illo. primo quidē modo ſimplex ē na
tura que dat eē. ⁊ rōnem ⁊ nomē. ⁊ veriſſimū
eſt inter oīa que ſunt nihil habēs aliene na-
ture admixtū. nec ↄdictione aliene nature
variatū. Per hoc autē ꝙ eſt in iſto uel ī illo
multa accidūt ei ſecūdum eſſe quorū primū
eſt ꝙ ē particulatū ⁊ īdiuiduatū. ſcðm ꝙ eſt
multiplicabile uel multiplicatū. tertiū autē
ꝙ eſt incorporatū. ⁊ habēs ī ſe diuerſas paſ
ſiones quibus ē ſubiectū. ⁊ alia huiuſmodi ī
finita quia materie īfinita accidūt. per hoc
autē ꝙ eſt in itellectu dupliciť ↄſiderať. ſ. āt
ſcðz relationē ad itellectū itelligētie prime
cognoſcētis ⁊ cauſantis ipſū. cuius illa natu
ra ſimplex radius quidā eſt. Aut ſecūdum
relationē ad itellectū ꝑ abſtractionē cogno-
ſcentē ipm. Et primo quidē modo accidit
ipſi radi⁹ ⁊ lumē itelligētie agētis eē: ⁊ ſim
plex ⁊ purū eē. ⁊ īmateriale ⁊ immobile ⁊
incorporale ⁊ īcorruptibile. ⁊ ꝑfectibile itel-
lectus poſſibilis. ⁊ eiuſdē poſſibilis itellect⁹
eē motiuū ad actū. ſicut color mouet viſum
ad actū ſcðm actū lucidi quod ē in ipo. qn̄ ſe
cundū actū color ē. Secūdū autē relationē
quā habz ad itellectū cognoſcētem nō cau
ſantē. habz ꝙ talis itellectus ſecūdū ꝙ ab
ſtrahit ipm. agit ī ipſo. vniuerſalitatē. quā
de natura ſua ante habuit. ꝑ hoc ꝙ ſeperat
ipſum a materia ⁊ materialibus īdiuiduā
tib⁹: ⁊ ſic itelligiť qð dicit Ariſtotiles ꝙ vl'e
eſt dū intelligiť. particulare vō dū ſentitur
Et illud Auicene dictū ꝙ itellectus ī formiſ
agit vniuerſalitatē. Et hoc eſt qð dixerunt
antiqui triplices eſſe formas ante rē. ſ. que
ſunt forme ſecundum ſe accepte principia re
rum exiſtētes. ⁊ ī re ſiue cū re ipſa q̄ ſūt form̄
exn̄ſ ī ipis dātes eis nom̄ ⁊ rōnē ꝑ id ꝙ ſunt
apte eē ī multis ⁊ vl'es nō tamē ſecundū ꝙ
ſunt ī illis. ſecūdum eniz ꝙ ſunt ī illis ꝑticu
larizate ⁊ indiuiduate ⁊ ad ſingularitatem
ducte ſūt. Sunt ēt forme poſt rem que ſunt
forme per abſtractionē itellectus ab indiui-
duātibus ſeperate. ⁊ in quibus itellect⁹ agit
vniuerſalitatē. Et prime quidē ſubſtātialia
rerū pricipia ſunt. Secūde autē rerū ſubſtā
tie. tertie autez accidētia ⁊ qualitates. que
note rerū in aīa accepte vocanť ⁊ diſpoſitio
nes uel habitus. His ergo ſupra prelibatis
dicimus ꝙ vl'ia. hoc eſt nature que vl'ia vo
canť. ſcðm ſe accepta ſunt ⁊ veriſſime ſunt.
ingenerabilia ⁊ īcorruptibilia ⁊ īuariabilia
ſunt ēt extra uel ꝑt intellectū ſolū nudū et
purū ſicut in ↄtradicibiliter probāt ſecunde
īducte rōnis. Secūdum autē quodā eſſe in
rebus ſunt. ſ. ſecūdum eē īdiuiduatū qð ac
tu eſt ī his que ſunt vltimo: ⁊ in eē perfecte
ↄſtituta ī natura. ꝑꝑ ꝙ illa res natura: a phi
cis vocať. Adhuc autē ſecūdum quoddā eē
ſunt ī intellectu. ⁊ hoc dupliciť. ſ. ī intellec-
tu ꝑ cognitionē cauſate ⁊ agēte. ⁊ in itellectu
cognoſcēte ꝑ abſtractionē ea per vniuerſali
tatē agēte ⁊ educente. Ad id ergo qð primo
medio pro pria parte opinionis īduciť ꝙ cū
dicūt Ariſtotiles ⁊ Boetius ꝙ omne qð eſt
ideo eſt q: vnū numero eſt. hoc itelligiť de
his que vltimo actu in natura ꝑfecta ſunt.
de illis autē verum ē. Sed vl'ia hoc modo
nō ſunt. ſunt eniz ut rerū pricipia ⁊ nō ut reſ
vltimo actu ī natura conſtitute ⁊ complete.
Aut ſic itelligiť ꝙ vnū numero ſit dictum a
numero vltimi eē ul' a numero eſſētie. Eſſe
enim ꝙ eſt vnū numero habet eē ſue eēntie
ſicut ⁊ vl'e vnū numero eſt vnū numero eēn
tie ⁊ nō duo uel tria. quāuis numerus ma-
terie ⁊ accidētis ſit ī multis ⁊ de multis. ⁊ h̄
accidit ſibi ⁊ nō ↄuenit ei ſcðm ſe. ⁊ ſic itelli
giť qð diciť ꝙ participatione ſpēi plures ho
mines ſunt vnus hō. Similiter dicēdū ad
id ꝙ hō dicunt ꝙ illud ꝙ ſeperatū habet eē
extra itellectū in natura ē hoc aliquid. q: ſe
peratū eē habere diciť duobus modis. vno
. ſ. modo quo ſeperatū eſſe habz id qð in ſe
habet eſſe nō depēdens ad aliquid ad hoc
ꝙ eſſe habeat ꝙ ſit extra ipſum. ⁊ ſic nō ē ge
neraliter vm̄ qð dicunt q: vl'e ſic ſeperatuz
habet eē in natura. ⁊ h̄ nō eſt hoc aliquid.
Alio modo ſeperatū eſſe diciť qð in ſe eſt in
diuiſum ⁊ ab alijs per diſcretionē diuiſum
⁊ ſeperatū. ⁊ hoc modo generaliť vm̄ eſt qð
dicūt. q: ſic nō niſi ſingulariter exn̄tia ſepe-
ratū habēt eē. Ad id qð tertio inducūt ꝑ di
ctū Auicene. dicēdum ꝙ oē qð eſt ī īdiuiduo
ſecundum ꝙ eſt ī īdiuiduo ſingulare eſt. Sz
id quod ī īdiuiduo eſt nō ꝓhibz eſſe vniuer
ſale nō ſecūdum ꝙ eſt ī īdiuiduo acceptum
hoc enim ſecūdum ſe acceptū nihil prohibz
eſſe quale quid ⁊ nō hoc aliquid. Si quis āt
ſic obiciat. ꝙ eſt in īdiuiduo eſt in eo ꝑ mo-
dum īdiuidui. Indiuiduū autem eſt hoc ali
quid ergo illud quod eſt ī īdiuiduo ē ſingula
re ⁊ hoc aliquid. nō valet argumentū quod
enim eſt ī indiui duo non ſemper eſt ī eo per
modū eſſe īdiuidui. ſed aliquādo per modū
principij īdiuidui. Et nō oportet ꝙ hoc ſe-
cūdū id quod eſt ſit īdiuiduū ⁊ hoc aliquid
q: poteſt eē quale quid. ⁊ ideo ī argumento
paralogiſſimus eſt figure dictionis. quia in
terpetrať quale quid ut hoc aliquid. Ad id
autē quod quarto īducunt dicēdum ꝙ vni
uerſale ſecūdum eē quod habet in ſingulare
nō habet aliud eſſe ꝗ̄ eſſe ſingularis. ⁊ hoc
probat Ariſtotiles contra eos qui dixerunt
formas vniuerſales diſtinctum ⁊ diuiſum eē
retinere preter eſſe ſingularis. et eſſe ſingu

laris ſicut ex ſigillo receptū eē ſeperatū ab il
lo ſicut ſeperatū eſt eē ſigili ⁊ cere ſigilate. ſ3
ꝙ id ꝙ eſt ī ſingulari nō habeat eſſe nature
⁊ principij nō ſcđm ꝙ eſt ī ſingulari ſ3 ſcđm
ſe acceptum nō ꝓbat Ariſtotiles qꝛ hoc ē ue
rū ⁊ neceſſariū ī omni natura. Ad id qđ qui
to obicit̄. dicēdum ꝙ eſſētie rerū ſecūdu3 ꝙ
eēntie ſunt nō īcipiūt eſſe niſi ꝑ accidēs. ⁊ ꝑ
aliud. ſ. īcipiētibus eſſe his ī quibus ſunt. In
his enim ꝑ ꝯſequēs etiā illa eſſe īcipiunt. Et
hoc nō accidit eis niſi ſecūdum ꝙ in illis ſūt
ſcđm ſe. ipſa autē nec īcipiunt nec deſinūt eē
ſecūdum naturā. ſed ſunt radij luminis ītel
ligētie vniuerſalit̄ agentis q̄ deus ē. que cū
ſe ipſa ſit agens nō eſt aſignare ꝙ īcipiat uel
deſinat niſi ſcđ3 ꝙ agit hoc uel illud ī ſingu
lari. Ad id autē3 qđ ſexto inducunt. dicen-
dum ꝙ q̄uis forma artis habeat ꝙ exem-
plar cōe eſt ab hoc qđ a tali exiuit artifice tū
poſtq̄ exiuit adhuc hab3 id qđ ſecūdum ſe
vt forma artis accipit̄. ⁊ habet hec ī lignis
⁊ lapidibus q̄uis hec nō habeat ſcđm ꝙ exi
ſtit ī lignis ⁊ lapidibus. Et ſimiliter de for-
mis naturalibus exiſtētibus ab ītelligentia
Et ideo ſcđm ſe accepte ſunt cōes ⁊ vniuer
ſales ēt que ſunt ī ſingularibus. q̄uis nō ſe
cundū ꝙ ſunt ī ſingularibus hēant id. Si
autē quis īferat dicens ſi nō ſcđm ꝙ ſunt in
ſingularibus habēt id ergo habent ſcđm ꝙ
nō ſunt ī ſingularibus. eſt ꝑalogiſmus ſecū
dū falatiā diuiſionis qꝛ diuiſum īfer ex eo ꝙ
ſecūdum cōpoſitionē dictū fuerat. Ad id au
tē qđ ſeptimo ⁊ ultimo īducit̄ dicēdum eſſe
videt̄ ꝙ omne ꝙ eſt ī effectu ſcđm ꝙ effect⁹
effectū ſiue eſſe hab3 ultimū ſecūdu3 ꝙ eſt
ī effectu illo ſingulare eſt. ⁊ ſic ītelligit̄ ꝙ ꝓ
batur ī libro de cauſis. Sed id ꝙ ē in effec
tu ſcđm ſe acceptū per modū ꝑ̄icipij. ⁊ cau
ſe formalis ipſius effectus ſcđm ſe accepti.
nihil prohibet de ſe cōīcabile ⁊ cōe eſſe ſicut
iam ſepius dictū eſt. Ea autē que ſcđo indu
cta ſunt puto de neceſſitate ꝯcludere.

ſ

Ecunda autez queſtio eſt an vl̄ia
ſint īcorporalia uel corporalia. que
ex platonicis inducta eſt ſicut pria
dicebat enim plato mathematicas lineas
⁊ ſuperficiē eē ſeperata quedā. ex quibus cor
pora mathematica cōponunt̄. ſicut omne
diuiſibile ex īdiuiſibilibus dicebat cōponi.
accipiēs hec ab epicuris qui ante philoſofa
ri ceperūt. meliſſus autē ⁊ ꝑmenides talia
dicebāt ⁊ quidā alij. Ex mathematicis au
tem magnis ⁊ paruis omne3 materiale3 di
cebāt ꝯſtare q̄ntitate3. Sue autem opiniōis
tres potiſſimas īducebāt rōnes. Quarū fu
it prima ꝙ videbāt ꝙ ſubſtātia tam mate-
ria q̄3 forma de ſe ⁊ ſcđm ꝙ ſubſtātia eſt ⁊ ſe
cundū ſe ipſam accepta īdiuiſibilis eſt ſicut

expreſſē dicit Ariſtotiles ī primo phicoꝝ. o3
ergo aliud diuiſibilitatis eſſe principiū īdi-
uiſibile. diuiſibile autez nō eſt niſi quātitas.
quātitas aūt oīs ſiue ſit diſcreta ſiue ꝯtinua
nō procedit niſi ab īdiuiſibili. Adhuc omnis
ſpecies quātitatis no procedit niſi ab īdiui-
ſibili proximo. qꝛ vnūq̄q3 genus ⁊ ſpecies
cauſat̄ ab aliquibus ſuis ꝓ̄imis principijs
Corpus eni3 qđ omni modo diuiſibile eſt ñ
pōt cauſari ſicut ex proximo ſue ꝯſtitutionis
ꝑ̄icipio ab eo omni modo ē īdiuiſibile ſicut
pūctus. uel ab eo ꝙ vno modo tm̄ diuiſibile
ſicut linea. Sed o3 ꝙ cauſet̄ ab eo qđ ē plu
ribus modis diuiſibile. ſicut ſupficies que ñ
ē īdiuiſibilis niſi ī ꝓfundū. ſ3 in latū ⁊ lōgum
diuiſibilis ē. Et ex cōpoſitione vnius ſuper
ficiei cū alia ſit diuiſibilis ī profundū. ſicut
pūctus oī modo īdiuiſibilis cōpoſitione pūc
ti cū pūcto ſit diuiſibilis ī longū. recto motu
pūcti ī ꝯtinuū. pūctus enim ⁊ ſubſtātia poſi-
ta ſine poſitionē habēs. ⁊ iō motu ſuo īcōti
nuū facit linee poſite diuiſionē. Et ſilr̄ ē de
ſupficie ꝯſtituta a linea mota ī latum. q mo
tus lineā cōponit cū alia exiſtēte vna primo
mota ī latū ꝯtinui qđ motu eius ꝯſtituitur.
Et ſimiliter ē de corpore qđ motu ſupficiei ī
mote ī ꝓfundū ꝯſtituit̄. Et qꝛ nō ſunt pluref
ſitus ꝯtinui ī quo aliquid īdiuiſibile moueri
poſſit ad quātitatis ꝯſtitutionē. Ideo nō ſūt
plures quātitatis cōtinue ſpecies niſi tres.
⁊ nō niſi tres diuerſitates. Cū aūt materia
ſenſibilis de ſe ſit īdiuiſibilis ⁊ īmobilis nō
pōt eē quāti uel q̄ntitatiſ ꝑ̄icipiū. Materia
enim de ſe nihil habet q̄ntitatis. o3 autē ꝙ
oē qđ eſt alicuius generis eſſētiale principiū
ſit aliquid illius generis. tam ī genere ſub-
ſtātie q̄3 in genere accidētiu3. Probatum ē
autē in phicis ꝙ ꝑ̄icipia corruptibiliū ſūt
īcorruptibilia ⁊ ꝑ̄icipia ſenſibiliū ſunt īſen
ſibilia. Quia aliter ī ꝑ̄icipijs ⁊ ꝑ̄icipiorum
principijs iret̄ ī infinitū. Cōſtat etiā ꝙ iſte
nature que ſimplices ⁊ vl̄es dicunt̄ eorum
ſunt principia que ſunt ſingularia. ut iā iam
habita qōne habitū eſt ⁊ determinatū. Et
hoꝝ materialiū ⁊ corporaliū nō poſſunt eſſe
ꝑ̄icipia niſi ſint corporalia ⁊ ꝑ̄icipijs quā-
titatis ⁊ determinata. Sequit̄ ergo d̄ neceſ
ſitate ut videt̄ ꝙ vniuerſalia ſunt corpora-
lia ⁊ corpora ꝑ quātitates corporales dimē
ſa. Et iſta rō directe eſt ſecundū ītentione3
Platonis qui talia ſeperata ponebat. Et iō
per nos eſt ꝑ multa explanata ut meli⁹ qđ
ītendit ītelligat̄. Secūda ratio ē ꝙ ꝑ̄icipiū
alicuius generis uel ſpēi nō pōt eē ul̄ hoc ul̄
illud ī numero determiatū. qꝛ ſic nō eēt vl̄e
illius generis uel ſpēi acceptū principia er
go generum ⁊ ſpecierū genera ſunt ⁊ ſpecief
⁊ cū ꝑ̄icipiata ſint corpora ſēſibilia. ⁊ q̄ntā ſe

q̄tur ꝙ pͥcipia illoꝝ ſint genera ⁊ ſpecies q̄ͣ-
titatū. Hec enim ſūt pͥcipia ſenſibilia ꝑ hic
⁊ nūc īdiuiduata. Subſtātia enim ſcd̄m ꝙ
ſubſtātia ī principijs eius nec ad hic nec ad
nūc determinat̄ uel īdiuiduat̄. Et iō talibꝫ
principiis nō cauſat̄. Et iō plato dixit oīum
iſtoꝝ ſenſibiliū pͥcipia circha mathematica
ca ī rōnibus generū uel ſpecierū accepta
Subſtātiā autē ſecūdum ꝙ ſubſtātia nō eē
ſicut pͥcipiatū. ſed ꝑ q̄ͣtitatē eſſe determi
natā ad hic ⁊ nūc. Ex hoc autē ulterius infe
rebat ꝙ genera ⁊ ſpecies que ſunt hoꝝ ſin-
gularim pͥcidia ſunt corporalia. Tertia
rō platonis fuit q̄ꝛ qḋ eſt ī ordine nature pri
mū eſt cā ⁊ pͥcipiū eiuſdē qḋ ſcd̄m ſe ī eodē
nature ordine poſterius eſt ſicut ī libro fontꝭ
vite ⁊ ī libro de cauſis ē ꝓbatū. q̄ͣtum autē
ſcd̄m rōnē q̄ͣtitatis acceptū cōſtat ꝙ ſcd̄ꝫ
ordinē nature ē ante hoc q̄ͣtum ſenſibile. er
go ſcd̄m ordinē nature cā eſt ipſius. ⁊ princi
piū. Nō eſt autē cā ⁊ pͥcipiū. niſi qḋ eſt ſim
plex ⁊ vl̄e pͥcipiū. ergo ꝙ eſt ſimplex ⁊ vl̄e
q̄ͣtum ē ⁊ corporale. Iſtē abſq̄ꝫ dubitatione
rōnes ſunt platonis ī hoc ꝙ vl̄ia dixit eē cor
poralia quedā ī mathematicis rōnibus et
formis ꝯſtituta. Quod autē quidā dicūt de
vl̄ibus īmaterialiū. ut angeli ⁊ aīe nihil pe
nitus valet ad ꝓpoſitū. talia enim dixit pla
to ab eterno cōſiſtere ⁊ radios quoſdā lucis
prime eē. ⁊ nō eē cauſata pͥcipijs materia
libus ꝑ cōpoſitionē hec ī talibus dixit eē pti
culare nō vl̄e. ſed ī talibus dixit ꝙ ſunt ī no
bis ꝑ hoc ꝙ luces eoꝝ ⁊ eēntie ſunt ī nobis.
ſiue exiſtētibus per ea ſiue cognoſcētibꝰ ea.
ꝑꝑ qḋ auicena ī ſua methafiſica ubi ſtabilit
ſpecies qualitatis dicit ꝙ hoc dictū v̄m eſt
cuius ſignū eſſe dicit q̄ꝛ ea ī quibus ſunt ſiue
exiſtētibus ſiue cognoſcētibus ea nō recipi
unt ea ſm̄ hic ⁊ nūc. ſꝫ vbiq̄ꝫ ⁊ ſemꝑ q̄ͣtū eſt
de ipſis. aīa enim nō ē ī corpore ſm̄ hic ⁊ nūc
nec demō ſiue ītelligētia ſiue ēt angelus n̄
eſt ī eo ī quo ē per opaionē uel cognitionē ut
hic ⁊ nūc ſꝫ ſm̄ poſſibilitatē eius ī quo eſt. eſt
ī eo ſm̄ vbiq̄ꝫ ⁊ ſemꝑ q̄ꝛ nō hꝫ ī eo poſitionis
diſcretionē. hec opinio platonis eſt. Incōtra
riū huius ſufficiāt ēt tres rōnes que ſunt in
ter multas que aduci poſſūt potiores. Qua
rū pͥa ē ꝙ ſi vl̄ia hoꝝ ſingulariū principia
ſūt corporalia. aut ſunt pͥcipia īq̄ͣtū īcorpo
ralia. aut ſunt pͥcipia eoꝝ īquātū corpora-
lia ſūt ⁊ hic ⁊ nūc determīata. Si ſunt prin
cipia hoꝝ īquātum corporalia ſunt. corpora
le autē n̄ efficit̄ corporale niſi ꝑ aliud corpo
rale. ſed principiū ꝯſtituēs eſt ēt corporale.
ergo ⁊ ipm̄ corporale nō efficit corporale ni
ſi ꝑ aliud corporale. ⁊ ſic procederetur ī infi
nitū. Seq̄tur ergo ꝙ pͥcipiū corporalis ſit
corporale ſicut pͥcipiū corruptibilis eſt in
corruptibile. Et pͥcipiū ſenſibilis ē in ſenſi
bile. ⁊ pͥcipiū mobilis ē imobile. ⁊ ſic de oī
bus alijs. Scd̄a rō ē ꝙ ſi vl̄ia ſint corpora-
lia ſequit̄ ꝙ ſunt q̄ͣtitatibꝰ ⁊ figuris determi
nata. rōnes autē quātitatū nō ſunt q̄ͣte ⁊ rō
nes figurarū nō ſunt figurate. Si autē vl̄ia
q̄ͣta ⁊ figurata ſunt ſequit̄ ꝙ ſuſcipiēs ea fi-
gurat̄ ꝑ ipſa ⁊ q̄ͣtitate diſtēdat̄. ſuſcipit aūt
talia poſſibilis ītellectus. Intellectus ergo
poſſibilis q̄ͣtus erit ⁊ figuratꝰ. qḋ nemo vn
q̄ͣ opinatus ē. q̄ꝛ oēs anaſagorā laudabāt di
centē q̄ꝛ ītellectus ē purus ⁊ īmixtus nihil
vlli hn̄s cōe. vl̄e ergo corporale eſſe nō pōt
⁊ in re corporali cū pro ut vl̄e ē. motiuū eſt ī
tellectus poſſibilis. tertia rō eſt ꝙ ſi vl̄e cor
pus uel corporeā ē habēs quātitatem oꝫ ꝙ
ſua q̄ͣtitas corporea ſit ⁊ ꝑpetua. Eſt aūt ſin
gulare ſuū ī quo eſt quocūq̄ꝫ modo corporeū
⁊ corpus. aut igit̄ hec duo ſunt vnū corpus
aut duo corpora ſi ſunt vnū ⁊ ideꝫ ſequit̄ ꝙ
corruptibile ſit īcorruptibile. ⁊ ſenſibile īſen
ſibile ⁊ faciēſ factū. ⁊ ꝯſtituēs ꝯſtitutū ſi ſint
vnū ⁊ idē qḋ ē īpꝛemēs ⁊ n̄ ītelligibile. ſi aūt
ſunt duo corpora ſequit̄ ꝙ duo corpora ſint ī
eodē loco. Mathematicis enīꝫ dat̄ locus ſi
cut ⁊ phīcis ut dicit Ariſtotiles. probatū eſt
autē a nobis ī phīcis ꝙ ſi duo corpora ſint ī
eodē loco ꝙ de neceſſitate duo erant vnū. et
idē corpus ſequit̄ ergo ꝙ ſi ſunt duo diuerſa
corpora ꝙ ſunt vnū ⁊ idē corpus ꝙ īpoſſibi
le eſt oīo. Nos autē que īducta ſunt determi
nates diſtinguimꝰ. ꝙ corporale multiplicit̄
dicit̄. ſ. quatuor modis. vno quidē mō. Et
pͥo modo dicit̄ corporale q̄ͣtitate corporea
diſtēſum. ita ꝙ ipſa q̄ͣtitas ſit aliquid ſui.
Et ſic habētia q̄ͣtitatē corporeā corporalia
dicunt̄ ⁊ mobilia oīa ⁊ ſenſibilia. Secūdo
modo corporalia dicunt̄ nō quidē quātitatē
vt aliquid ſui habētia. ſꝫ tamē ſcd̄m diſten-
ſionē quātitatis ī ſubiecto ea ſuſcipiēte ſunt
diſtēſa. ſicut albedo ⁊ nigredo ⁊ caliditas ⁊
frigiditas ⁊ figura ⁊ aliquid ꝯſtās forma di
cunt̄ corporalia quāuiſ quātitas nihil ſit eēn
tie ipſoꝝ. Tertio mō dicit̄ corporale omne
corpori ſicut ſuſcipiēti determinatū ſicut ſen
ſus ⁊ imaginatio ⁊ cetere v̄tutes ſenſibiles
⁊ vegetabiles. Et vniuerſaliter omnis aīa
ſenſibilis ⁊ vegetabilis ſunt corporales for-
me. Quarto modo dicit̄ corporale nō ꝙ ali
quid ſit partiſ uel quantitatis corporalis. ſꝫ
q̄ꝛ corpis ⁊ quātitatis eſt principiū. ⁊ ſic pūc
tus dicit̄ eē corporale. Similiter auteꝫ mul
tipliciter dicit̄ īcorporale. q̄ꝛ ſi vnū oppoſi-
toꝝ eſt multiplex ⁊ reliquū. nullo autē iſtoꝝ
modorum vniuerſale eſt corporale. quia eſt
ſicut natura corporis ul̄ corporei cui per ap
titudinem dicēdi de multis accidit vniuer
ſale eſſe. ⁊ eſt īcorruptibilis. q̄ꝛ ſicut optime

ꝓbatū ē aliter motiuū intellectus poſſibilis eſſe nō pōt: q: penitus icorporeus ⁊ icorruptibilis eſt. Eſt.n. ſimplex notio ⁊ natura ab oī quātitate diſtēſionis abſtracta. Ad hoc ergo ꝙ p̄io obicit͛ dicendū ꝙ ⁊ quāti eēntiaꝫ ꝯſtituēs eſt duplex.ſ.ſcḋm quātitatis eſſentiā ⁊ ꝯſtitutionē eius qḋ eſt quātum uel quātitas. Et de tali principio ꝓcedit obiectio ⁊ eſt neceſſaria. Alia eſt cōſtitutio quāti ſcḋm eē ſpecificū ⁊ rōnem nō ſecūdum id ꝙ eſt q̄ꝫtitas ⁊ dās nomē ⁊ diffinitionē quātitatis. Et hoc p̄icipiū ꝯſtituēs ſpeciē ⁊ genus quātitatis nō eſt quātitas uel quātū. ſꝫ potius q̄ꝫtitatis natura ſimplex ⁊ rō. Et hec natura ſic ſimplicitate ſua accepta eſt vl'e. Ad id āt qḋ ſecūdo iducit͛. dicēdum ꝙ hoc ꝙ ponunt ſimpliciter eē vni p̄icipiū huius i eſſe ⁊ ſpecie ſcḋm naturā uel i genere nō eſt ad hoc uł illud determinatū. q: ſi hoc eēt vni nō eſſet p̄icipiū vl'e ſed huius uel illius. Sꝫ hoc p̄icipiū nō eſt mathematica quātitas i his que corporea ſunt. ſꝫ eſt natura ſimplex ꝯſtituēs i genere ⁊ ſpecie: ⁊ dās nomē ⁊ rōnem. Et in hoc patet ꝙ quāuis pūctum ſit eēntiale ⁊ q̄ſi materiale p̄icipiū linee. tū forme linee n̄ habēt nomē nec rationē. Sꝫ aliud eſt principiū ſcḋm formā quo linea linee nomē ⁊ rōnem habet. Et hoc p̄icipiū ſimpliciter acceptū natura eſt linee cui accidit eē vl'e. ꝑ hoc ꝙ pluribus eſt cōicabilis natura illa. patet igit͛ ꝙ corporaliū vl'e eſt incorporale. ⁊ hoc ē vere dictū ꝑipateticoꝝ. Ad id autē qḋ tertio iducunt dicēdum ꝙ vꝫ eſt quod ponitur. dūmodo bene itelligat͛ ꝙ eēntialiter ꝑ moꝫ materialis ꝯſtituti p̄icipiū eſt eētiale non i ordine nature primū ē etiā ſi daret͛ ꝙ cōſtituerēt ⁊ p̄icipiarēt naturalia corpora nō p̄iciparēt ea niſi ſecūdū id ꝙ eſt quātitas ſubiecta. ⁊ nō ſecūduꝫ hoc quo quātitas eſt i rōne uel ſpecie uel genere. et ideo nō ſunt priora ad ea ſecūdū ordinē formalē nature uel ſm ordinē efficiētēꝫ cauſe. Sꝫ ea que ſunt ꝯſtituentia ea que corporea ſunt i rōne nomine et ſpecie ⁊ genere priora ſunt ſecūdum ordineꝫ nature. ⁊ ille ſunt ſimplices nature. et exiſtētie coꝝ. et notiones ⁊ rōnes ipſoꝝ. Hec autē omnia ⁊ icorporalia ſunt ⁊ vl'ia ꝑ antedicta Et hāc ſubtilitatē iuenit Ariſtotiles ⁊ ideo i omnibus que dixit platoni p⁹ponat͛ i poſitione p̄icipioꝝ. Hec eſt uera ſecūdum ꝑipateticos huius q̄ōnis determinatio. ⁊ ſic tenendū eſt. nec ē curādum de ſophiſticis quibuſdā qui ante nos quedā ſcripſerūt.

Eſtat nūc de difficilima queſtione diſſerere quā tertiā tangit porphirius vtrū.ſ. vl'ia ſint ſeperata a ſēſibilibus an i ſenſibilibus ſiue ſingularibus poſita ſint ⁊ ab aliis ſeperatū eē nō habeāt De hoc autē ſemp fuit ꝯtētio iter ſtoicos et peripateticos. Ariſtotiles eniꝫ ponere videtur vl'e extra ꝑticulare eē nō habere. vnde i poſterioribus dicere videt͛ ꝙ vl'e nō eſt niſi in hoc. hoc ē ſingulari. Dicit ēt contra platonē loquēs ꝙ vl'e eē vnū aliquid extra młta nō neceſſe ē. ſi demoſtratio erit eē tantuꝫ vnū de multis verū ē dicere. ac ſi dicat ad hoc ꝙ demoſtratiua ſit ſciētia nō neceſſe ē dicere ꝙ vl'e de quo eſt ſciētia ſit ſeperatuꝫ extra ſingularia q: ſufficit ꝙ vl'e ſit vnū i młtis ⁊ de multis. Adhuc autē dicit Ariſtotił ꝙ nulla neceſſitas ē opinari ꝙ vl'e ſit preter hoc. In prima ēt phi̾a adhuc iducit ratiōes multas ad iconueniēs ducētes q: ſi eēt vl'e ſeperatū ſcḋm eē actuale a ſingulari. ſequeret͛ ꝙ eſſet celum pret͛ hoc celū. ⁊ terra pret͛ hanc terrā. ⁊ hō preter hūc hominē. ⁊ cū ſcientie de naturis rerū ſequant͛ res. Et de ſeperatis ſit alia ſciētia q̄ꝫ de materia ꝯcipiētibus. ſicut patet i mathematicis ⁊ phiſicis eēt alia ſciētia de celo ⁊ alia de h celo. ⁊ alia medicina de hoīe. Et alia de hoc hoīe. Et alia geometria de terra ⁊ alia de hac terra ⁊ ſic de aliis. Hoc idē probat͛ ꝑ diffinitionē vl'is tam ex Ariſtotilis vbis q̄ꝫ ex uerbiſ Auicene ⁊ Alfarabii. Eſt enim vl'e vnū de multis ⁊ i multis. Si autē eſt i multis non habet eſſe ſeperatū ab illis. Et nō dicunt ꝙ vniuerſale eſt q' eſt aptum eſſe i multis. ⁊ i hoc differt a ſingulari. res autē ſcḋm naturā eſt i eo in quo eſt apta nata eſſe. ⁊ nō in eo i quo nō eſt apta nata eſſe. vl'e ergo ē in multis: ⁊ nō ſeperatū habet eē ab illis q: nō eſt aptū natū habere ſeperatū eſſe ab illis. Adhuc autē ſi vl'e eſſet actu ſcḋm ꝑfectum eē ꝑter multa. ſequeret͛ q' eſſet exiſtēs ꝑ ſe ipſuꝫ ſolum. ⁊ idiuiſum i ſe ⁊ ab aliis diuiſum et ſic eſſet hoc aliquid. ⁊ ſingulare. Nihil autē ꝙ in ſe ē vnum et hoc aliquid predicabile ē de multis niſi ſolo noīe. ⁊ non re aliqua que ſit i illis. Et qui ſic ponit vl'e eē ignorat vniuerſalis rōnem. que nōie re. ⁊ ratione rei q̄ in multis eſt. predicat͛ de illis. Adhuc autē ſi ſic eſſet ꝑ ſe exiſtens nō poſſet alii eē cauſa i natura ⁊ ratione q: nō poſſet eē forma ipſius. ſed ſi cōſtitueret id hoc eſſet ꝑ modum cōpoſitionis elemētalis admixtionis. ⁊ tūc predicari nō poſſet de ente formali predicatione. ⁊ tūc deſtrueret͛ omnis vtilitas ipſi⁹ Sic enim nullius rei poſſet eē principium neqꝫ ad eſſe neqꝫ ad ſciētiam que de ipſa eſſet per noticiā vniuerſalis. Ad huc omnes tales propoſitiones eſſent falſe ⁊ impoſſibiles in quibus vniuerſale de particulari ſubſtātialiter predicat͛. vt cum dicitur hoc homo eſt homo uel hoc lignū eſt lignum. ⁊ omnes ſimiles iſtis q̄ ſūt maxia icōueniētia. ⁊

abſurda. Si antē aliquis diceret ꝙ vl'e par
ticulari vnit ⁊ tamē remanet i ſe ſeperatuꝫ
hic nō euadit iconueniētia iducta taliter.n.
vnitum nō eſt vnū. ⁊ ſecundū eſſe nō predi
cat de eo cui eſt vnitus. Et ideo nō poſſet di
ci ꝙ ſocrates uel hic homo eſt homo qꝛ ſibi
eſſet vnitus homo ⁊ quaſi homini ut ſigillo
ipreſſus. ſicut nō poteſt dici ꝙ cera ſigilata
ſit ſigillū. videt ergo ꝙ vl'e ſeperatuꝫ eſſe ſi
habeat extra ſuū ſingulare. Incōtrariū aūt
huius eſt ꝙ omne ꝙ habet eē nō habens il
lud per aliud uel ab alio poteſt eē ſine illo.
Uniuerſale autē habet eē nō per ſingulare
nec ab illo. ergo poteſt eē ſine illo. ergo ſcōꝫ
eſſe eſt ſeperabile a ſingulari. hoc autē ſic ꝓ
batur eſſe vniuerſalis eſt eſſe cōmune aptū
natū eē in pluribus ⁊ multis cōicabile. hoc
autē eē nō poteſt habere a ſingulari qꝛ ſingu
laria ſūt diſcreta ⁊ icomunicabilia. cōicabi
le ergo eē qđ eſt eē vl'is. vniuerſale nō habꝫ
a ſingulari. Si forte aliquis dicat ꝙ iſta rō
nō probat ꝙ vl'e nō habeat eē diſcretū. ſed
ꝓbat ꝙ ſingulari deſtructo remanet eē vni
uerſalis ſcōm aliquē modū hoc videt con
tra Ariſtotilē eſſe qui ponēs ꝙ vl'e eē habe
at in ſingulari dicitꝗ deſtructis primis im
poſſibile eſt aliquid alioꝝ remanere. Et hoc
ſcōm rationē inductā deſtruit. qꝛ ſi vniuer
ſale habet eē ſeperatū uel ſeperabile ab eſſe
ſingulari. vl'e manebit exiſtēte ſingulari et
nō exiſtēte ſingulari equaliter eo ꝙ ſuū eſſe
ab eē ſingularis nō depēdet aliquo modo ni
ſi ſcōm eē in ipſo. ⁊ nō ſecūdum eē ſimplicit
Ad huc autē vl'e ſemper eſt ⁊ vbiqꝫ. parti
culare autē ſine ſingulare ē hic ⁊ nūc ſi autē
vl'e ē vbiqꝫ ⁊ ſemꝑ ē alicubi ubi nō ē ſingu
lare. Et eſt aliqñ quādo nō eſt ſingulare que
cūqꝫ autē loco ⁊ tēpore ſunt ſeperata ſimpli
citer ⁊ ſubſtātialiter ſcōm eē. Et ſubiecta ſūt
ſeperata. cū ergo vniuerſale ⁊ ꝑticulare loco
⁊ tēpore differāt. ſiue ſeperata ſint ſimplici
ter ſcōm eē. ⁊ ſubiecta ſubſtātialiter ſepera
ta eſſe uident. Adhuc nō poteſt idē eſſe itel
ligi corruptibile ⁊ icorruptibile. vniuerſale
aūt icorruptibile eſt ſingulare uero corrupti
bile. Nō ideꝫ erit ergo eſſe vniuerſalis ⁊ ſin
gularis. Si enim ideꝫ eſſet vtriſqꝫ eſſe ſeq
ret ꝯtradictoria ſimul eſſe uera. qꝛ ſi corrup
tibile eſt ſcōm eſſe erit aliquādo quādo eſſe
nō habebit. ꝓbatū enim eſt de celo. ⁊ mūdo
i p°io ꝙ corruptibile neceſſario aliqñ corrū
pet ⁊ tunc nō erit icorruptibile. aut ſemper
erit. ergo aliquod tēpus erit qñ id ſcōm eſſe
⁊ erit ⁊ nō erit qđ eſt impoſſibile. Adhuc at
ꝯſtāt ꝙ vniuerſale habꝫ eſſe i quo mlta vni
unt i vnū nomen ⁊ rōneꝫ. que nomen. ⁊ rō
dicūt eſſe diffiniti. hoc autem eſſe nullo mō
habꝫ i eſſe ſingularis. ergo habꝫ hoc eſſe ſe

peratū ab eſſe ſingularis. Cū ergo habet ſi
eē aut habet ipſū ſcōm ꝙ iſtrumētū primi
agētis eſt. aut habet hoc ſcōm ꝙ eſt i anima
ꝑ abſtractionē ipſū cognoſcēte. aut i re ipſa
extra agētem ⁊ cognoſcētem exiſtēs. Si di
cat ꝙ habet illud i efficiēte. tūc vl'e nō habꝫ
eſſe niſi ydeale. ⁊ cū predicat de ſingulari ſi
predicat niſi ſicut ydea. hec autē predicatio
nō eſt ſubſtātialis ſed exēplaris tm̄ ⁊ ſic de
ſtruit omnis predicatio ſubſtātialis. Si aūt
habet id i anima aprehēdente. tūc relatio
vl'is ad multa nō eſt niſi i anima ⁊ nō in re
⁊ ſic predicat nomine ⁊ nō re. Et ſic vl'ia nō
ſunt res ſed nomina qđ falſum iā eſſe oſten
ſum eſt. Relinquit ergo ꝙ habēt id ſecūduꝫ
ꝙ eſt res i ſe exiſtēs ⁊ ab agēte ⁊ cognoſcen
te ⁊ a ſingulari ſeperata. ergo eē vl'is ē ſepe
ratū ab eſſe ſingularis ⁊ ecōuerſo. Ex omni
bus āt his ⁊ ſimilibus videt ꝙ vl'is eſſe ſe
peratū ſit ſubſtātia loco ⁊ tēpore ab eſſe ſin
gularis. Ad hec autē nō eſt difficile reſpōde
re ei qui bene nouit poſitionē ꝑipateticoruꝫ
nā per diſtinctionē eſſe vl'is oīa hec facile ðe
terminant. Eſt enim eſſe vniuerſalis ſcōm
ꝙ vl'e eſt ſcōm vniuerſalitatis rationē. ⁊ eē
eius qđ eſt vniuerſale ſimiliter eſt eē ſingu
laris ſcōm ꝙ ſingulare eſt ⁊ ſecunduꝫ ſingu
laritatis rationē. ⁊ eſt eſſe eius qđ eſt ſingu
lare prout eſt ſubſtātia ſubſtās cōmuni natu
re. Dicimus ergo ꝙ eē vniuerſalis in eo ꝙ
vniuerſale eſt ratione ſeperatū ⁊ oppoſituꝫ
eſt illi qđ eſt eē ſingularis i eo qđ ſingulare ē
quāuis ſint in eodem ſubiecto. Eſſe autem
nature illius que vl'e eſt nō eſt ſeperatuꝫ ab
eē ſingularis ſecūdum qđ eſt ſubſtantia ſub
ſtās illi cōmuni nature. ſed potius eſſe vl'is
eſt eſſe particularis ⁊ nō diuiſum ab illo
Eſt enim ſicut diximus vniuerſale ſecūduꝫ
eſſe in particulari. quāuis non ſit vniuerſa
le ſecūdum hoc ꝙ eſt in illo. ſed nec commu
ne nec communicabile ſicut i prima queſtione
ſatis declaratū eſt. Et niſi ſic eſſet nō eēt qđ
nec ſcientia de aliquo ſicut i primis probat
obiectis nec eſt curādum de ſolutione quaꝫ
quidam iducunt ſ. qđ vniuerſale ſecunduꝫ
ſe habeat eſſe, ſed nō habeat eſſe completū
niſi i particulari. vniuerſale enim habet eē
completum i hoc ꝙ omnia habet que exigū
tur ad eſſe vniuerſalis. ſicut particulare hꝫ
eē completum quādo habet oīa que exigunt
ad eē particularis. Ad id autē qđ primo cō
tra hoc iducit. dicēduꝫ ꝙ omne quod habꝫ
eſſe nō per aliud. poteſt eē ſine illo. n ſi ita ſit
ꝙ eſſe ſuū quāuis nō ſit per aliud tamē ſit in
alio cui ipſū ē cā eē. Et hoc ē eē i alio ſicut ps
eſſētialis ipſius eē ſm ꝙ ē i alio ⁊ hoc modo
vl'e ſiue ſſa ſa eſt i alio. ſꝫ ꝑ hoc ꝙ ē i illo ē ꝑ
ticulātū ⁊ determiatū. ⁊ iō eē quidē hꝫ in ſe

ipſa. ſed nō determinatū ⁊ ꝑticulatū. Si aūt
queratᷣ vtrū idē eē ſit ꝙ vle habet ꝑ ſe acce
ptū. ⁊ qđ habet determinatū ⁊ ꝑticulatum.
Dicēdum ꝙ nec idē oīo nec diuerſū omnio
Sed idē uel vnū dupliciter. In ſubſtātia. n.
idē eſt duplex aut ut idē ⁊ vnū ideterminā
tū ⁊ determinatum. Et hec ē ſolutio trium
pħoꝝ Auicene ⁊ Alfarabij ⁊ euiuſdē Johan
nis grāmatici apud arabes nominatis ⁊ eſt
vera q꞉ ꝯcordāt dictis Ariſtotilis. Ad id aūt
ꝙ ſcđo īducūt ꝙ aptū natū eē in pluribus n̄
ꝯuenit vl' ſcđm ꝙ eſt i ſingularibus eo. Cō
cedendū eſt ꝙ hoc eſt uerū. ſed hoc habet na
tura illa i quātum ſimplex eſt ⁊ ideterminā
ta. Quāto enim aliquid eſt ſimplicius tanto
magis eſt cōicabile multiſ ſed dico ſimplex
nō ꝑ ꝑriuationē differētiarū que cōueniūt i
eſſe ipſius· ſed per priuationē eoꝝ que deter
minār ⁊ ꝯtrahūt ipſū ad hoc eſſe. uel id ſcđꝫ
ſpeciē uel iduiduū. Sed ꝑ hoc nō ſequitur
ꝙ habeat eē determinatū ſiue ſingulari. q꞉
quāuis tale eē nō habeat a ſingulari tamen
nō habet niſi i ſingulari. ſicut ⁊ cōe nō habꝫ
eē niſi i eo i quo determinatᷣ ⁊ ad eē diſtinc
tum ꝯtrahitᷣ. Nihil enim ē ſimplex i natu
ra niſi ꝙ ad eē diſtinctū ē ⁊ determinatuꝫ. ſi
cut genus nō eſt niſi i ſpēbus. ⁊ ſpecies non
eſt niſi i induuiduis ſuis. Ad id autē qđ obi
citᷣ dicitᷣ ꝙ obiectio nō probat ꝙ vniuerſale
habeat eē ſeperatū. ſed ꝙ remaneat deſtru
ctis pluribus ꝑticularibus concedēdū eſt.
Sed ꝙ Ariſtotil'. dicit ꝙ deſtructis primis
īpoſſibile ē aliquid alioꝝ remanere ītelligitᷣ
i eē determinato ⁊ diſtīcto i rebus nature
Sed tn̄ poſſibile eſt remanere i eſſe nature
ſimplicis cōis ⁊ ideterminate. Si autē que
ritᷣ i quo ⁊ vbi manet ſcđm id eē. hec i ꝓxīo
ſequēti capitulo declarabitᷣ. Ad id autꝫ ꝙ
dicitᷣ Ariſtotilē dicere ꝙ vniuerſale eſt vbi
qꝫ ⁊ ſemꝑ ſingulare autē hic ⁊ nunc. dicēdū
ꝙ uerū eſt qđ dicit Ariſtotiles ꝙ vniuerſale
i eē vniuerſalis acceptū nō diſcernit locum
ſiue loci differētias uel temp⁹. q꞉ idetermiā
tum eſt ⁊ cōmune ad omnē locū ⁊ tēpus. ſꝫ
ſcđm idem ſuū eē ſubſtātiale efficitur hic ⁊
nūc quādo determinatᷣ i particulari ad hoc
⁊ id. Si quis autꝫ dicat ꝙ ſcđm hoc idem
ſit i pluribus tēpore ⁊ loco ⁊ ſubſtātia diffe
rētibus. dicēdum ꝙ hoc nō eſt iconueniēs ꝺ
eo qđ eſt natura ſimplex ⁊ cōicabile q꞉ poti⁹
hoc eſt neceſſariū. q꞉ ſimplicitatē eius conſe
quitᷣ communicabilitas. Sed i eē determinā
to ⁊ diſtīcto nō eſt i pluribus ſubſtātia loco ⁊
autem hec determinanda prenotandum ē
ꝙ ut dicit auerois in cōmento prime philo
ſophie ꝙ genus non ē materia ſed forma ge
neralis ⁊ confuſa ⁊ indiſtincta ⁊ diffuſa ī ma
teria non determinata per formam quam
diffuſam formam ⁊ confuſam uocant quidā
forme incoationem. propter quam incoatio
nem forme in materia diffuſam ipſa mate
ria a quibuſdam antiquis locus forme dice
batur. in quo latent forme. et ideo latentiā
formarum principium fecerunt ut dictum
ē in phiſicis. ⁊ erat hoc dictum anaxagore.
propter quod etiam ariſtotiles ⁊ omnes pe
ripatetici dixerunt educi de materia omnes
formas. ⁊ nō eē eas a datore extrinſeco. Cū
autem iam ante probatum ſit quod forma
non predicatur ſecundum ꝙ eſt forma ma
terie. Nec etiam ſecūdum ꝙ eſt forma toti
us. ſed predicatur prout ipſa eſt notio totius
eē. vel in potentia exiſtentis. vel exiſtentis
in actu. ſequitur neceſſario ꝙ genus eſt for
ma totius exiſtentis in potentia. ⁊ ꝙ nomē
generis ⁊ res predicatur ſecūdum ꝙ genus
per abſtractionem intellectus dicit notiōeȝ
totius exiſtentis in potentia. Differentia
autem dicit notionem actus totum eſſe de
terminantis ſecūduȝ ꝙ eſt actu in determi
nato. quia aliter predicari de ſpecie non poſ
ſet. Species autem dicit notionem totius
ſic determinati ⁊ diſtincti. ⁊ ideo quia quid
diſtinctum dicit ⁊ determinatum in quid.
⁊ non i q̄le p̄dicat. Siſr ât ⁊ gen⁹. qꝛ q̄d di
ſtiguibile dicit i qđ ⁊ n̄ i q̄le p̄dicat. Dr̄ia au
tem. quia actu diſtinguens dicit ⁊ non diſti
guibile ſecūdum potentiam nec diſtinctum
ſecūdum actum. ideo in quale ⁊ non in quid
habet predicari. Si autem eſſet notio diffe
rētie nomē quod diceretur diſtinguere po
tētia ⁊ non actu diſtinguēs predicaretur in
abſtracto ⁊ non in concreto. ut diceretur ꝙ
homo eēt rationalitas ⁊ non rationalis. qđ
abſurdum eſt. Dicemus ergo ꝙ differētia
habet ſpecies a genere ⁊ differētia ē in gene
ris poteſtate ſicut diſtinctio in diſtincto cō
fuſo ſicut color ſecūdum eē formale ē i lumi
ne et indiſtincto ⁊ confuſo daphani ſiue per
ſpicui qui diſtinguitur non alio quodam di
ſtinguente ſȝ eē formale ipſius eiuſdem lu
minis diffuſione determinata ad ſuperiorē
determiati corporis. propter quod dicitur
quod ipſum lumen ⁊ ex ſe ⁊ de ſe format co
lores ſecundum eſſe formale. quod eſt in ip
ſis. Et hec eſt auicene determinatio. ſicut
colligi poteſt in prima philoſophia ipſius.
propter quod dicitur genus poteſtate habe
re differentias potius q̄ȝ potentia. quia po
tentia ad eſſe ⁊ non eſſe indifferens eſt. pote
ſtas autem eſt potentia ſtans per actus ico
ationem. ⁊ hec eſt cauſa quare inter genus
⁊ differentiam cum in vna ⁊ eadem diffini
tione colliguntur. non eſt naturarum diuer
ſarum congregatio. quia ſi hoc eſſet diffini
tio eſſet multa ⁊ non vnum. Non tamē hoc
dicere intendimus qđ genus ⁊ differentie
non ſint diuerſe nature. Sed intendimus
ꝙ non ſunt nature diuerſorum generum. ſi
cut ſunt ſubſtantia ⁊ accidens. quantitas et
qualitas. ſunt enim eiuſdeȝ nature generis
ordinabilia ad vnum idem ſicut potentia ⁊
actus. Nec poſſet aliquis dicere qđ actus
huius potentie eſſet actus ⁊ non alterius ni
ſi per aliquid actus eſſet incoatus in poten
tia. neq̄ȝ hec potentia conſideraret hunc ac
tum niſi aliquid ſimile actui eſſet incoatum
in potentia. Sic ergo ⁊ tali poteſtate genus
hȝ poteſtate differētias. ⁊ non ē inconueniēs
ſic hēre ſimul oppoſitas qꝛ oppoſita ſibi nō

repugnant niſi diſtincta cōfuſa. aut cū om
nium oppoſitorū ſit radix vna ex qua oriun
tur non eſt inconueniens ea ſic ſimul eē i eo
dem. propter quod generaliter uerū ē vnū
eſſe genus oppoſitorum ſicut in phedone di
cit ſocrates vnū eē caput omniuꝫ oppoſito
rum. Et ſic dicit empedocles multoruꝫ ca
pita germanorū in prima confuſione fuiſſe
ſine ceruice. ceruix. n. diſtinguit capita ger
mana. ita ꝙ vnum eſt vnius et alterū alte
rius. Hoc igitur modo differentie ſunt i ge
neris poteſtate. Quod autem queritur ſm
quam cām ſit illa poteſtas. dicendū in ueri
tate eſt ſicut et auerois dicit ꝙ eſt cauſe for
malis confuſe in materie confuſione. que ta
men ſimilis eſt poteſtati materie que mate
ria non eſt materia per hoc ꝙ eſt nuduꝫ ſub
iectum forme ab omni forma denudatum.
ſed potius in materia ad formam per icoa
tionem forme in ipſa. Et ideo dicitur i fine
primi phiſicorum ꝙ materia deſiderat for
mam ſicut femina maſculum. non inquātū
eſt femina ſed inquantuꝫ ē imperfecta. Nec
imperfectum eſt ſupple quod eſt impoſſibi
bile ad perfectionem. ſed potens ꝑfici. iper
fectum nec perfici poteſt in quo nō eſt apti
tudo ad perfectionem. Aptitudo aūt illa ne
ceſſario aliquid eſt perfectionis. quia aliter
non appeteret ad perfectionē. Per hoc aūt
ꝙ eſt ſimplex ſubiectum non in potētia ad
formam ſed in compoſito ē alterū componē
tium. Genus ergo qđ eſt notio exiſtētis exi
ſtentis in potētia ſm totum eſſe formale ip
ſo ſuo nomie ſignificat. ſicut dictū ē poteſta
te i ſe habere differentias. Et ꝙ obicit de
poteſtate finis. patet iā eē ſolutū. qr ſicut idē
ē forma ⁊ finis. ſic ēt vna ē poteſtas forme ⁊
eē finalis ⁊ iō forma finis ē deſiderii ꝙ ma
teria hꝫ qñ deſiderat formam non ut iper
fectiōis tñ ſed ꝑut diſtinguens et determi
nans eſt cauſa perfecti. Quod autem đ pote
teſtate cauſe efficientis obicit ⁊ de cauſa ſe
minali ualde eſt conueniens. quia per incoa
tionem cōfuſam differentie quaſi ſeminali
ter ſunt in genere. Et ideo ut dictum eſt ad
idem ſm naturaꝫ pertinent cū genere ⁊ nō
ad diuerſum. Uirtus auteꝫ que ex generā
te effectiuo eſt in ſemine. et formatiua uoca
tur in phiſicis aliquid ſimile ēt hꝫ i genere
⁊ hoc eſt lumen intelligentie agentis. qđ
agit omnes formas. virtute. n. illius lumi
nis qđ expanſione ſpirituali non corporali
confuſum perducit ad diſtinctaꝫ per diſtin
guens et determinans actualiter differenti
am educit de genere in ipſo eſſe ſpeciei. et
hoc modo genus habet in ſe aliquid de uir
tute efficientis. propter quod etiam ſupra
i tractatu de genere genus ipſū patri eſt aſſi
milatum. Sic igitur itelligitur genus habꝫ
differentias poteſtate. Et ꝙ queritur an dif
ferentia ſit in genere iam plane ſolutuꝫ eſt.
Cum. n. genera ſint prima reruꝫ principia
oportet ꝙ differentie ſint in genere. ſi non
ſunt in genere ſunt genera uel ſpecies uel i
diuidua. Et generaliter dicendo non ſunt in
genere ſicut ipſum genus per eſſentiam et i
tellectum participantes. ſed ſunt in genere
ſicut in principio ꝯfuſo ſue incoatiōis. Mul
tipliciter enim aliqua ſunt i genere ſicut co
ordinata ſub genere per modū participātis
⁊ participati. et hoc modo ſunt in genere ge
nera ⁊ ſpecies et indiuidua quedam ſunt in
genere ſicut uia ad rem generis. ⁊ ſic motꝰ
et mutatio ſunt in genere. Quedā uero ſunt
in genere ſicut principia rei generis illius ſi
cut forma et materia dicūtur eſſe in ſubſtan
ſicut in genere. Quedam tandem ſunt i ge
nere ut in principio ſue incoatiōis. et hoc ſe
cundum poteſtatem ſunt in genere ⁊ non ſe
cūdum actum participantia genus. ⁊ ſic dif
ferētie cuiuſlibet generis ſūt i genere. Que
dam etiam in genere ſint ſicut principia.
unde fluunt nature generum ſecūdum ima
ginationem. ſic punctus et vnitas ſunt i ge
nere qualitatis. Pro eis que dicta ſunt pa
tet quod differentia ſimplex actus eſt conſti
tuens ſpeciem cum genere et qualiter pote
ſtate differentia eſt in genere. ⁊ qualiter ſpe
cies habet differentiam ut formantem. ge
nus autem eſt in ſpecie ut in profectum for
mabile. uel formatum. ⁊ ſic facile eſt ſoluerē
omnia que ſunt queſita uel dubitata.

Abito qualiter differentia ſpecies
abundat a genere. ⁊ qualiter diffe
rentia ſub genere eſt. et qualiter
ſpecies differentiam acquirit a ge
nere reſtat dicere qualiter. ut vniuerſale ꝑ
dicabile de ſpecie diffinitur. Sic autem cō
ſiderata diffinitur hoc mō. Differentia eſt
vl'e qđ eēntieliter de pluribus et ſpecie dif
ferētibus in eo quod quale eſt predicat. Cū
. n. dicit ꝙ eſt vl'e dicit auicena ꝙ hoc in hac
diffinitione ponitur ut genus. Cum enim
quodlibet iſtoruꝫ quinqꝫ vniuerſale ſit. vni
uerſale hec quinqꝫ continet ut genus. ⁊ hoc
primū i diffinitiōe eſt ponēdū cuiuſlibet iſto
rū quinqꝫ. qđ tñ antiquores ꝑipatetici ñ fece
runt. quia cum ponerēt quod de pluribus
predicatur dixerunt intelligi genꝰ ꝙ ſit vni
uerſale quia nihil predicatur de pluribus ni
ſi vniuerſale quia uniuerſale ē ꝙ eſt in mul
tis ⁊ de multis ⁊ ideo cum ponerēt predica
tur đ pluribus intellexerunt ꝙ eſſet vniuer
ſale ⁊ ꝙ vniuerſale nō opporteret in diffini
tione explicite poni. per hoc autem quod
dicitur eſſentialiter ponitur. ut dicit

cūdum ꝙ vl'e eſt predicatur de pluribꝰ dif
ferentibus ſpecie. ⁊ predicatur in quale. ſed
non eſt eſſentiale predicatum quod ſit per
ſe in ſubiecto ⁊ actu et intellectu ſint differē
tia. Ariſtotiles autē dicit ꝙ d̄ pluribus ſpe
cie differentibus ponitur ad ſpeciei excluſio
nem que non predicatur de pluribꝰ niſi nu
mero differentibus. eo ꝙ non comparatur
comunitas eius niſi ad indiuidua. Primꝰ
autem reſpectus comparationis differen-
tie non eſt ad indiuidua. ſed ad ſpecies.
Et ideo non oportuit ꝙ non diffiniretur ad
indiuidua ſed ad ſpecies. Ad genus. n. ut
genus eſt ut vl'e eſt diffiniri non poterat. q̄z
prout vl'e eſt non continet genus. nec ꝯtine
tur a genere niſi poteſtate tm̄. et iō predica
ri de genere non pōt. Cum igitur predican
di temporalē moduz hēre debeat. oportuit
ꝙ ut predicabile ad ſpeciem hēret reſpectū
non aūt potuit predicabile eē de vno. quia
ſic eēt indiuiduum. oportuit ergo ꝙ eēt pre
dicabile de pluribus ſp̄e differentibus. Ad
huc āt non potuit diffiniri ut predicatuz cō
uertibile cum ſpecie in quale. q̄z ſic eēt prop̄
um nec ut predicatum cōuertibile in quid.
q̄z ſic eēt diffinitio uel ſinonimum. Relinq
tur ergo ꝙ diffiniet̄ non ut conuertibile. et
ſic diffinitur ut predicatū de pluribus diffe
tibus ſp̄e q̄z rō ⁊ genꝰ p̄dicat̄ de plibus dr̄n
tibus ſpecie. Ideo additur ꝙ predicatur
in quale. Genus. n. de pluribus ſpecie dif
ferentibus predicatur in eo ꝙ quid. Hec igi
tur fuit neceſſitas pp̄ quaz antiqui ſic drīaz
diffinierūt. Et ut hec melius intelligantur
ſciendū ꝙ quale in hoc differt a qualitate ꝙ
qualitas eſt accidens ſcd̄m ꝙ aliud dicitur
quale. quale aūt dicit ſubiectū qualitate for
matum. Unde predicatuz in quale dicit id
quod predicatur ut ē in ſubiecto. q̄z aliter d̄
ſubiecto predicari non poſſet. Nichil. n. pre
dicari pōt de ſubiecto niſi ꝙ eſt in ſubiecto. ⁊
niſi ſit acceptum ⁊ ſignatum prout ē in ſub
iecto. De ſubiecto aūt nō predicatur nec p̄
dicari pōt. vnde rōnalitas uel aīalitas uel
humanitas uel riſibilitas uel albedo nō pre
dicantur ſed rōnale et animal et hō ⁊ riſibi
le et albū ſunt predicata de ſuis ſubiectis.
vn̄ logice loquendo tria qualia ſunt compo
ſita. Species cum drīa eſt quale eēntiale.
⁊ dicitur quale ſcd̄m drīam et non ſcd̄m ſe
⁊ quale ipſum drīa in ſubiecto exn̄s. Secun
dum āt quale eſt ꝓprium ꝙ quale ſcd̄z qua
litatem dr̄ ꝓprietatis. i. ꝓprii. Tertium eſt
quale accidentis ꝙ quale dicit̄ ſ̄z qualitatē
accidētis. talis igitur ē huiuſmōi diffinitio
nis explanatio. hoc āt adhuc melius mani
feſtatur in exemplis. q̄z rōnale et mortale q̄
ſunt drīe hoīs a qualitatibus que ſunt rōna
litas ⁊ mortalitas ſumpta predicant̄ de ho
mine. non in eo ꝙ quid ē. cū nullo modo di
cant quid formatū talibus formis. ſed potiꝰ
dicant formas id quod quid ē formantes et
diſtinguentes. forma. n. ſubiectiue ⁊ forma
bilitate non eſt quid ſed quale uel qualitas
formans nullo mō formabilis. q̄z actus eſt.
⁊ ideo formari non pōt. ſola. n. potentia for
mabilis eſt per actum. pp̄ qđ ēt ſpecies ap
titudine quaſi potentiali formatur per pro
prium. ut in ſequentibus hēbitur. et ſubiec
tum prout eſt in ſe perfectum et occaſio alte
rius exn̄di in eo per ipſum ꝙ occaſio eſt alte
ri potentialiter ſe hz ad ipſum. et formatur
accidente ſm̄ ꝙ ē huius. Hec igitur uera cā
ē ſcd̄m ph̄os q̄z differentie non in quid ſed ī
quale predicari competit. Cuius adhuc vl
terior manifeſtatio eſt. q̄z īterrogatis nobis
ab aliquo querente de natura et ſubiecto ho
minis et dicente. quid eſt homo. conueniēs
ē nobis dicere ad hanc q̄ōnem rn̄dendo ꝙ
homo eſt animal. animal. n. proximuz ſub
ſtantiale ſubiectum eſt non formans ſ̄z for
mabile forma hominis in homine. Et ideo
homo in animali eſt ſicut in potentia forma
li ad hominem. ⁊ cum de hac potentia mo
uetur ad formam prius ē animal q̄z homo.
ut in. xvi. de animalibus dicit ariſtotiles.
Si autem ulterius procedat querēs dicēs
quale animal ſit homo. cōuenienter reſpon
demus ad hanc queſtionem. ꝙ homo ē ani
mal rationale mortale ſignificantes ꝙ po
tentia diſtincta per hunc actuz qui eſt ratio
nale mortale et formata eſt homo deſignā
tes ꝙ homo in rationali ⁊ mortali non eſt ſi
cut in quid potentie et ſubiecti formalis. ſed
eſt in eo ſicut in actu formante et diſtinguen
te ſm̄ eſſe actuale et formatum et diſtinctū
ꝙ adhuc in ſimili poterit manifeſtari. quia
enim ars imitatur naturam. ideo que in ar
te ſunt ſecūduz aliquid ſimilia ſunt his que
ſunt in natura. Rebus igitur ex materia cō
ſtantibus in his que habent materiam. uel
conſtantibus ex talibus ſue compoſitionis
principiis que ſunt in eis ad ſimilitudinem
et proportionem materie ſicut ī his que nō
habent materiam. ſed componuntur a dua
bus naturis formalibus. quarum vna pro
portionatur materie ⁊ altera forme. Sz ge
nus et differentia componunt ſpeciez. oſtē
ditur nobis hoc quod iam dictum eſt. ſicut
eſt uidere in ſtatua ſiue imagine uel idolo.
In ſtatua enim idoli es de quo fit ē ſicut ma
teria formalis. et eſt in ere idolum in poten
tia forma que dat eri eſſe idolum uel ſtatuā.
q̄ ſtatua dicitur q̄z ſtatuit imaginē quā iten
dimꝰ. ipſa ī quā forma hoc faciēs et ꝑficiēs
ē figura īducta p̄ artificē. ſic eīm in his que

non habẽt materiam. ſicut ē hõ cõis accep
tus in ſpecie. Non acceptus ut hic et ille. q
ſunt ex materia cõis aũt homo qui eſt i plu
ribus ⁊ ē ſpecialis ſiue in cõitate ſpecieʒ ac
ceptuſ conſiſtit in ſua compoſitiõe ſcðʒ quã
dam ſilitudinem et ſcðm quandaʒ propor
tionem. quãuis ſcðm ueritatem non ſit cõ
poſitus ex materia et forma. ſed totus ſit in
eẽ formali ſumpt⁹. qꝛ aliter nõ eẽt cõis. nec
predicabilis de aliqua re ſcðm ueram pre
dicabilis rõnem ſcðm quandaʒ. n. ſimilitu
dinem. ⁊ ſcðm quandam ad materiam ꝓ
portionem eſt in eo genus ut primũ ſubiec
tum potentialiter formabile et diſtinguibi
le ad hoiem. et eſt in eo differẽtia ut formãs
et diſtinguens ad ſpeciem hois totum eẽn
tiale ſic perfectũ et conſtitutum quod ē ani
mal rõnale mortale eſt homo ſcðm ſpecieʒ
ꝓportionaliter quẽadmodum in artificiali
bus totum cõſtitutum ex ere et figura fuit
ſtatua ſcðm imaginem cuius ſimilitudineʒ
ſtatuit ante oculos eam intuẽtiuʒ. Hec igi
tur eſt antiquorũ peripateticorũ de differen
tia data diffinitio. ⁊ ut dictum eſt declaran
da ⁊ intelligenda. et iõ qð nulla. quaʒ quidẽ
querunt utrum. ſ. ſit in materia que genus
dicitur. ſit diſpoſitio ad formaʒ. ⁊ neceſſitaſ
ſicut eſt in materia naturali ad formam. et
in materia artificiali. Hoc tñ queri poſſʒ ſi
genus uere eẽt materia. nunc aũt hec nõ di
citur. ſed tñ qꝛ ſcðm quandam ſilitudineʒ
⁊ ſcðm quandam proportioneʒ ſit materie
comperatuʒ i eo ꝙ homo in potẽtia incoatio
nis eſt in aiali et ſicut in ſubiecto ꝙ ſcðm ꝙ
id quod ē formabile eſt actuʒ hominis. Di
ſpoſitio. n. et neceſſitas non ſunt niſi i ma
teria. que mutationi ſubiecta per agentia ꝓ
cedit ad eẽ generati. talis igitur queſtio nul
la eſt. Nec dicitur ſpecies componi ex gene
re et differentia tanꝗ ex duobus diuerſis
quorũ utrumqʒ ſit pars compoſiti. ⁊ ſic diffi
nitio in qua ponũtur genus et differentia.
non eẽt vnum ſed multa. ⁊ ſi ſic eẽt neutrũ
per ſe eẽt predicabile de ſpecie. ſed totum
ſimul compoſitum tñ de ſpecie predicare
tur. Genus. n. totum eẽ dicit ſpeciei ſed in
potentia ut dictum ē. ⁊ nomen generis no
tio ē totius eẽ ſpeciei in potentia. qꝛ aliter nõ
poſſet de ſpecie predicari. Et differẽtia ut
quale non ut qualitas ſumpta dicit totuʒ eẽ
ſpeciei ſed in actu ⁊ ſcðm ꝙ ē notio totius eſ
ſe in actu ſic predicatur de ſpecie. ⁊ diffini
tio dicit totum eẽ in potẽtia ⁊ actu. ⁊ iõ pre
dicatur cõuertibiliter. Differentia autem
ut dicit ariſtotiles cum ſit generalis ad pre
dicationem generis non conuertibilem hʒ
reduci ſicut probatur in ſequẽtib⁹. Hoc igi
tur eſt ꝙ antiqui de differentia prout ð ſpe
cie predicabilis eſt dixerunt ꝙ quidem ſub
compendio dici põt ꝙ antiqui determinan
tes differentias ſiue deſcribentes dicunt ꝙ
dr̃ia eſt qua abundat ſpecies a genere. hñs
dr̃iam in ſe ⁊ actum ⁊ intellectum quaʒ nõ
hʒ genus niſi poteſtate. homo. n. ab anima
li plus hʒ rõnali et mortali. que coniunctim
poſita dr̃iam hois conſtitutiuam perficiũt.
Aial. n. genus ipſum ſcðm ſe ipſuʒ nihil ho
minem actu ⁊ intellectu ꝙ ex hoc pʒ. Nam
queritur vnde hẽat ſpecies dr̃ias a genere.
non hʒ ita ꝙ actu ſint in genere. neqʒ. n. ge
nus oppoſitas hʒ differentias. Non. n. i eo
dem ſimul actu oppoſita ſed de hoc ē quem
admodum probant philoſophi peripateti
ci ꝙ genus poteſtate quidem ſub ſe hʒ oẽs
differentias. actu uero nullaʒ. ac ſi nihil cõ
tingit inconueniens. qꝛ ſic nõ ſequitur ꝙ ali
quid ſit ex his que non ſunt. Si diceretur ꝙ
a nihilo hẽret differentias. nec ſequitur ꝙ
oppoſita ſint in eodem uel circa idem. ſʒ ſit
id quod ſit ex his que in genere ſunt poteſta
te. Diffiniunt. n. peripatetici hoc mõ prop
ter ea que dicta ſunt. Differẽtia eſt vľe qð
de pluribus differentibus ſpecie in eo quod
quale eſt predicatur. Rõnale. n. ⁊ mortale
de homine predicãtur. non in eo quod quid
ſed in eo quod quale ē. Quid. n. eſt homo in
terrogatis nobis ab aliquo conueniẽs eſt di
cere ſiue rñdere aial. quale aũt animal ſit
homo inquiſiti ab aliquo qð rõnale morta
le aial ſit rñdemus cõueniẽter. qꝛ ſic formã
aſſignamus que dat ſpeciem. Rebus. n. ex
materia ⁊ forma conſtantibus i natura uel
arte uel conſtantib⁹ rebus ad ſimilitudineʒ
proportionẽqʒ materie ⁊ forme i logicis cõ
ſtitutionem hñtibus quẽadmodum ex ma
teria eris eſt. ⁊ forma figura ſic. ⁊ hõ cõis et
ſpecialis qui in multis eſt ex materia quidẽ
ſimiliter proportionaliter. quia conſiſtit ge
nere. ſ. ⁊ ex forma differẽtia. que tñ ut ꝑtes
diuiſe non compoſiti ſunt. ſed dicuntur ꝑ
tes eſſentiales. quia duobus modis diuiſis
eſſe ſignificant ſpeciei. ſ. in potentia et in ac
tu totuʒ. aut hoc quod ē animal rõnale mor
tale homo eſt ſpecies quẽadmodum illic i
arte totum conſtitutum ex ere. ⁊ figura eſt
ſtatua.

Ec ſunt que de differentia prout
eſt vniuerſale de ſpecie predicabi
le antiqui tradiderunt peripateti
ci. ⁊ ſunt circa ea multe dubitationes et er
rores. Ariſtotiles in ſeptimo prime philo
ſophie. ⁊ ibidem auerois in cõmento expſſe
dicunt et probant ꝙ ultima differentia cu
iuſlibet ſpeciei conſtitutiua cõuertibilis eſt
cum ea. ita ꝙ non conuenit eam niſi de illa
ſpecie predicari. Differentia ergo illa ſi nõ

niſi de illa ſpē predicat̄. nō ergo predicat̄ de pluribus differētibus ſpe vt videt̄. hoc aūt idem dicit Boetius ī libro diuiſionū dicēs ꝙ ſi nō eſſet penuria noīum ī qualibet diffinitione nō niſi duobus terminis vteremur nomine. ſ. generis ⁊ nomīe differētie vltīe que ad ſpeciē genus reſtringit ⁊ coartat. Si ergo illa tūc differētia ꝯuertibilis eēt cū ſpecie huiuſmodi ꝯuertibilitatis cū non poſſit eſſe genus. Relinquit̄ ergo ꝙ talis differētia cā eſſet ꝯuertibilitatis. Sequit̄ ergo neceſſario qꝛ illa ſit conuertibilis nō ergo predicabilis ē de pluribus ſpē differētibus. hic autē dicit Auer. dicēs qđ oīa ītermedia inter genus ⁊ vltimā differētiaꝫ circūlocutio ſunt proximi generis qua circūlocutiōe opꝰ nō eſſet ſi noīa primoꝝ generuꝫ haberemꝰ. Ad huc autē hoc ratione ī euitabiliter ꝓbatur ſic. aut enim vltima differētia conuertibilis eſt ⁊ ſoli illi ſpeciei ꝯueniēs. aut cōis illi ſpeciei ⁊ aliis. Si eſt conuertibilis habet̄ ꝓpoſitū. ſi autē illi ⁊ aliis cōis ergo illa ſpecies ab alia ſpecie nō differt ſed ꝯuenit. qđ autē principiū ꝯuenientie eſt nō eſt principium differētie. ergo illa vltima differētia nō fuit. Si autem dicatur ꝙ illa differētia habet aliam differētiam ꝑ quā differt. tūc quero iterū de illa differētia vtrū ſit cōis vel ꝓpria ⁊ ſequit̄ idem ꝙ prius ⁊ ibit hoc vſqꝫ in īfinitum. vel oportet dicere ꝙ vltima propria eſt ⁊ illi ſolli ſpeciei ꝯueniens quā conſtituit. non ergo differētia omnis predicatur de pluribus ſpecie differentibus. ⁊ ſic diffinitio in ducta vicioſa eſſe videt̄. Adhuc autē ſi omnino ꝙ differt differētia differt vt differūt querat̄. querat̄ qua differentia dicit̄ a differentia. Si enim illa differt alia differētia. tunc hoc ibit in īfinitum. qꝛ de illa differentia quereret̄ ſicut de prima. Ad hoc etiā quidā reſpondere vident̄ ꝙ in diuiſione generū ꝑ differētias ⁊ ſpecierū ꝯſtitutione generibus ſic ſe habꝫ ꝙ ꝗꝫto ſpēs ſunt inferiores tanto ſunt certiores. i. ꝙ certiſſime ſpēs ſunt que ſpēaliſſime dicunt̄. Et ꝗꝫto differētie ꝑ quas fit diuiſio ſunt ſuperiores tanto ſunt certiores. Et iō notiores ſūt prime diuidentes genus generaliſſimū ꝗ diuidentes genus ſubalternū ita ꝙ tandē dr̄e ſpērūꝫ in paucis ſunt note ⁊ nominate ꝗꝫuis ille notiſſime ſunt ⁊ certe. Et qꝛ prime generales differētie note ⁊ certe de pluribus differētibꝰ ſpē predicantur. ideo de oībus dictū eſt logica ꝓbalitate cui ſuficit ꝙ ī pluribus verū ſit ꝙ differētia de pluribus, ⁊ differētibus ſpe predicat̄. Sed hec reſpōſio ī phīa valde videnda eſt ꝙ hec generaliter ꝑ diffinitionem determinet̄ cuius ꝯtradictoriū conuincitur eē verū. Concludit̄ eni de neceſſitate ꝙ differētia quedā nō predicat̄ de pluribꝰ ſpe differētibus. Scit̄ enim ⁊ notū ē omni ꝑhō ꝙ diffinitio debꝫ ꝯuenire oī ⁊ ſoli. ergo differentia diffinit̄ ꝑ predicari de pluribus differētibus ſpe hoc debꝫ oī differētie ꝯuenire. ⁊ ſoli que magis ꝓpria ē differētia. ⁊ ideo ridiculoſa ē iſta ſolutio. Propter ꝙ dicūt ꝙ ē differētia ſimplex ⁊ dr̄a cōpoſita. ⁊ ſimplicē dicūt illā que in vna ſola conſiſtit ſicut generaliſſime dr̄e que ſūt corporeū ⁊ incorporeū vel corporis dr̄e. que ſunt aīatum ⁊ ianimatū vel animati dr̄e que ſunt ſenſibile ⁊ īſenſibile. Sed dr̄e vltime ſpērū conſtitutiue dicūt ꝙ nō ſunt niſi duarū vel pluriū ꝯgregatiōe ſuficiētes ad cōſtitutionē. Rōnale enim ſolū ſpēm nō facit niſi addat̄ mortale vel inmortale. ⁊ hoc nō fuit in ſuperioribus dr̄iis quarū vna ſola ꝯiūcta generi facit ⁊ ſuficit facere ſpēm ſubalternā. Dicūt ergo ꝙ ille differētie que ſimplices ſūt ꝑ ſe ſolas ſpēs cum genere ꝯſtitutiue predicant̄ de pluribus differētibus ſpē. Que autē nec ꝑ ſe ſunt ſufficiētes nec cōſtituūt ſpēm niſi vna alteri coniūgat̄ nō ſunt differētie ſolū ſed aliquid ſimile differētie. ⁊ ideo ille nō de pluribus ſpē differētibus predicant̄ ſic rōnale mortale ſimul' ſūpta nō predicant̄ niſi de hoīe. Hec autem ſolutio magis adhuc euidēda eſt ꝗ prior. qꝛ rōnale mortale dicta de homine circūlocutio ſūt vnius ſimplicis differētie que ē vnicus ⁊ ſimplex actus cuius eſt vnū eſſe quod perficit: Et ꝗꝫuis illius aliquando nomen nō habeat̄. tn̄ ī talibus lꝫ nomina fingere. Dicamus igit̄ ꝙ illa dr̄a vocet̄ a. tunc a differētia predicabit̄ de vna ſola ſpe. ⁊ non de pluribus ſpecie differētibus ⁊ tunc ſequitur diffinitionē vicioſam eē ſicut prius. ꝓpter hoc dicūt' alii ꝙ cum dicit̄ vl'e ē qđ predicatur de pluribus ſibi ſubiectis hoc dictum ē nō ꝙ actu predicet̄ de multis. ſed ꝙ aptitudinē habent ꝙ ſit ī multis. quāuis actu non ſit niſi ī vno ſolo. vt ſol ē vl'e vnū. vnde cum ſpēs ſubiectum ſit de que predicari habet hoc vl'e differētia dicunt ꝙ aptitudine predicat̄ de pluribus ꝗꝫuis aliqua differentia actu nō ſit niſi in vna ſola ſpē. Et hāc opinionē recitat Auicena ⁊ eſt oīo nulla. Qđ ſtatim patet qꝛ ſpēs certa nō eſt certa niſi qꝛ vnica differētia ē ꝯſtitutiua que nullo modo habet aptitudinē quod ſit in alia ſpē. falſum ergo eſt ꝙ aptitudinē habeat ad hoc ꝙ predicet̄ de pluribus ſpē differētibus. Dicit autē iterum Auicena ꝙ quidā dictā diffinitionem inductā ſic intelligūt ꝙ ſit ſenſus ꝙ differētia predicet̄ de pluribus que quideꝫ plura differūt ſpecie quia ex differētia cōſtitutiua nō habent ꝙ differāt numero ſed ſpecie tantum. Et nūc ſenſus eſt ꝙ differentia

pꝛedicaꝝ de hoc ꝙ in pluralitate eſt quoruꝫ
quodlibet differt ſpē ab altero ⁊ nō ꝙ diffe
rētia. ſed diceꝝ de pluribus ſpēbus ſemper.
Dāt exēplum ſicut qñ diciꝝ ꝙ oīs hō ꝑcutit
gladio nō enim ſenſus ē ꝙ quilibet homo ſin
gulariter gladio aliquo percutiat. Sꝫ qui
cunqꝫ percutit ñ niſi gladio ꝑcutit. ita dicūt
ꝙ cū ois dr̄a pꝛedicaꝝ de pluribus differētibꝰ
ſpē nō qđ omne de quo pꝛedicaꝝ differentia
ſit plura ſcđm ſpēm. ſed ꝙ omne de quo pre
dicaꝝ differētia differt aliqua ſpē ⁊ ſuis op
poſitis vel diſperatis. Hanc autem expoſi
tionē Auicena dicit extoꝛtā. ⁊ nō contineri i
intellectu huius oꝛōnis qua diciꝝ ꝙ differē
tia predicaꝝ de pluribus ſpecie differētibꝰ
Diffinitio enim cuꝫ deꝝ cauſa innoteſcēdi ut
dicit Ariſtotiles plene debꝫ notificare diffi
nitū. Adhuc autē cū de genere dictū ē qđ ꝑ
dicaꝝ de pluribus differētibus ſpē ſic itelle
ctum fuit. qđ pꝛedicaꝝ de pluribus ſpeciebꝰ
Cū ergo dicat Ariſtotiles qđ dr̄a cū ſit gene
ralis cū genere colocāda eſt. videꝝ quod eū
dem modū pꝛedicādi cū genere retineat.
Et ſic pꝛedicari de pluribus differētibꝰ ſpe
cie idē ē qđ predicari de pluribus ſpeciebus
ſic reddit idē in conueniēs qđ ſupra dictum
eſt vel inductū eſt. Dibus autē his erroꝛibꝰ
abiectis. Dicēdum cū Auicena qđ differē
tia in ſe tria habꝫ. ſ. ꝙ eſt ſimplex diuiſiua. ⁊
ꝑ hoc ē dr̄a. ⁊ qđ eſt ſimpliciter ꝯſtitutiua et
ꝑ hoc habꝫ ab eo ꝙ eſt diuiſiua hꝫ ⁊ tertio ꝙ
ē ad certā ſpēm determinatā. ⁊ hoc non hꝫ
ex hoc ꝙ ē diuiſiua. nec ex hoc qđ ē cōſtitutia
Sed hoc habet ex hoc ꝙ ē certa rei ſpecialꝭ
natura ⁊ foꝛma ꝓpꝛia. ⁊ eſſentialis. Qđ āt
ex hoc qđ ē diuiſiua habeat qđ ſit differētia
ꝓbaꝝ ex eo ꝙ diuiſio ſeperatio eſt. Sepera
tio autē cā eſt differētie ſeperatoꝝ. Et quod
ex hoc ꝙ ē diuiſiua ſit cōſtitutiua. ex hoc pro
baꝝ ꝙ diuiſio ex hoc ꝙ ſeperat ſeperata. con
trahit ⁊ coartat ab ambitu generis diuiſi. ⁊
hoc ē ꝯſtituere ſub genere ⁊ generis cōitate.
Quod autē certificat ⁊ appꝛopꝛiat ex nullo
habere poteſt. Et ideo ē ꝙ generaliſſimū nō
habet dr̄as niſi diuiſiuas. Et ſpecialiſſimū
nō habꝫ niſi cōſtitutiuas. Et qđ pꝛopꝛium
efficiꝝ habꝫ a ꝓpꝛia natura ꝑ quā ex cōſeqn
ti differt ab aliis ⁊ ꝑ hoc ꝙ illa natura i ali
is nō inueniꝝ. ⁊ illa natura i ſe continet qua
ſi virtutē termini diffinitiui qr ſic ē in talibꝰ
ꝙ ſemper pꝛioꝛ differētia ē i cōſequēti. ſicut
coꝛpoꝛeū inanimato. ⁊ animatum iſenſibili
⁊ ſenſibile i rationali. ſicut trigonū in tetra
gono. Et ideo ꝙ pꝛopꝛiū eſt vnius nature ñ
vero nomine ē differētia. nec ē ſimplicis v
tutis qꝛ q̄uis ſit ſimplex eſſentia ⁊ ſimplex
actus. tamē nō eſt vnius ſimplicis virtutis
ſed virtus omniū alioꝛū ſunt ex quibus fluit

ſecūdum oꝛdinē ſicut ex cauſis pꝛimariis.
Quod ergo diciꝝ ꝙ dr̄a predicatur de pluri
bus differētibus ſpēbus. intelligendum eſt
de his que ſunt vere differētie ſimplicis v
tutis que ſimpliciter diuidūt. ⁊ diuidendo
ſub genere conſtituunt ⁊ de his eſt verum.
Que autem certificant ⁊ determinant non
vere differētie ſunt. ſed vere quibus aliqd
alteri comperatum poteſt differre. Nec ſūt
virtutis ſimplicis differentie. ſed ſunt vir
tutis ſimplicis vt terminus diffinitus. Et ē
ſententia tam Auicene q̄ Alfarabii. Et eſt
ſententia Auerois. ⁊ hoc eſt quod dicit Ari
ſtotiles differentia cum ſit generalis cū ge
nere oꝛdinanda ē. generalis enim non ē que
ad certam naturā determinat. Quod autē
queriꝝ quomodo differt differētia a differē
tia. Dicendum ꝙ ſe ipſa ⁊ non ibitur in infi
nitum. Principia enim omnia differunt ſe
ipſis. ⁊ ꝑ hoc patet ſolutio omniū inductoꝝ
Nec poteſt dici ꝙ generalis vt quidam di
cūt qꝛ ſit pars eſſentialis vel ſpeciei ſicut ge
nus. Ex hoc enim genere in modo pꝛedicā
di pꝛoblematibus oꝛdinanda non eſſet. ſed
potius in modo differendi cum genere eſſet
oꝛdinanda. Ex hoc autem patet illud quod
in poſterioꝛibus dicit Ariſtotiles ꝙ. ſ. ptes i
diffinitione ſunt in plus. totum autem in eq̄
Ipi enim docet venari diffinitionem per di
uiſionem. Uere autem differentie ſunt que
ſunt diuiſiue vt dictum eſt. Differentia. n.
diuiſiua eo ꝙ generis eſt diuiſiua pars ē cē
rei in potentia ⁊ nōn in actu. eſſe enim in po
tentia pars eſt eſſe. ⁊ non totum. ⁊ ideo que
libet talis eſt in plus. Totum autꝫ duplex
eſt. ſ. explicite totum eſſe ⁊ in potentia ⁊ i ac
tu colligens. ⁊ ſic diffinitio dicit totum eſſe.
Dicitur etiam totum quod i ſe virtute ha
bet eſſe totum. quia pꝛecedentia omnia ſūt
virtute in ipſo. ſicut in cauſis formalibus ul
timum continet omnia que pꝛecedunt ex q
bus fluit ſicut vita habet eſſe. ⁊ ſentire in ſe
habet eſſe. ⁊ viuere ⁊ eſſe. Rationale habet
in ſe ⁊ eſſe ⁊ viuere ⁊ ſentire. vt nuper añ di
dictum eſt. Et ideo etiam hoc totum eſt qđ
eſt in eque cum eo quod conſtituit. q̄uis eiꝫ
ſit actus purus ⁊ ſimplex ſecundum eſſentiā
tamen omnia pꝛecedentia virtute ⁊ cauſali
tate ſunt in potentia ⁊ in eo influunt ſuꝑ cau
ſatum ſicut cauſe pꝛimarie influunt in cau
ſa ſecundaria ſicut in pꝛima pꝛopoſitione li
bꝛi cauſarum. Ex omnibus que dicta ſunt
patet ꝙ differentia duos habet reſpectus i
mediatos vnum ſcilicet ad genus quod di
uidit ⁊ ſecundum hoc cum diuiſione pꝛedi
catur de genere. ſic quod animal eſt aut ra
tionale aut irrationale. Diuidentis enim ē
pꝛedicari ſub diuiſione de eo quod diuidit

Alterum autem ad ſpeciem quam conſtitu
it. ⁊ de illa predicatur abſolute ſic homo eſt
rationale. Et hii ſunt reſpectus mediati ei⁹
ad particulare ad quod non reſpicit niſi per
ſpeciem unam ipſum particular̃ participat
Sicut cum dicimus hic homo eſt rational'
Et ideo non habet particulare proprium q̄
ſibi reſpondeat inmediate ſicut habet ge
nus ⁊ ſpecies ⁊ hoc eſt. Ideo quia a forma ſu
mitur que ſecundum ſe eſt ſpeciei ⁊ commu
nis ⁊ per ſpeciem eſt particularis ſpeciem
participantis.

Propter multas cōperationes dif
ferentie quibus habet comperari
tum ad genus. tū ad ſpeciem mul
tas habet a philoſophis deſcripti
ones ⁊ quamuis diffinitionem propriam ñ
habet eo q̄ omnis diffinitio eſt ex genere et
differentia. ⁊ ideo ſi differentia diffinitionē
haberet. oporteret q̄ illa conſtaret ex gener̃
⁊ differentia. ⁊ ſic differentie diffinitio eſſet
ex differentia hoc abibit in infinitum. Ad
huc autem cum nihil diffiniri poſſit proprie
niſi ſpecies ſi differentia diffinitionem i ve
ra ratione diffinitionis haberet. oporteret
q̄ differentia eſſet ſpecies quod eſſe non pōt
Poteſt tamen habere deſcriptiones ex fine
vel ex poſteriori. vel ex effectu. vel ex com
peratione ad ea ad que comperatur quam
uis ergo deſcripta ſit ex cōperatione ad ſpēz
quam conſtituit cum dicebatur q̄ differētia
eſt id quod predicatus de pluribus differen
tibus in eo quod quale eſt. tamen adhuc per
ipatetici deſcribunt huiuſmodi differentiaz
per reſpectum quē habet ad genus hoc mō
Differentia eſt que apta nata eſt diuidere
ea que ſunt ſub eodem genere. Illa enim eſt
vt dictum eſt que predicatur de plurib⁹ dif
ferentibus ſpecie. Proprius enim effectus
differentie eſt diuiſio generis. quia ab hac
diuiſione differentie nomen accipit. Hanc
autem differētie deſcriptionem peripateti
ci introductionis modo per exempla mani
feſtant qua rationale ⁊ irrationale que op.
poſite differentie ſunt hominem ⁊ equum a
ſe inuicem diuidunt. quia ſub eodem ſunt
genere quod eſt animal quamuis vna ſola
forma ſiue differentia que a forma ſumitur
preſentia ⁊ abſentia. facit mutationem ab
eſſe vel non eſſe vel a non eſſe ad eſſe. ſicut
⁊ animal eſt aut rationale. aut irrationale.
⁊ ſic quando fit per contradictionem diuiſi
ua fit vna differentia per affirmationem et
negationem accepta. tamen quia diſperata
ſunt que ſunt ſub eodem gener̃. Et vnumq̄
q3 diuidentium in ſua differentia ⁊ forma
accipitur oportet q̄ fiat diuiſio per differen
tias oppoſitas ſic. animalium aliud ratiōa

aliud irrationale. His enim differentiis
a ſe inuicem differunt que ſunt ſub eodem
genere. quamuis enim ſicut Auicena dicit.
⁊ Alfarabius irrationale. ⁊ alia ſimilia pri
uatiue. vel negatiue accepta non dicant ve
ro nomine differentias eo q̄ differentia nō
niſi poſitiue poteſt ſignificari. tamen quia ꝓ
pria nomina differentiarum non habemus
vnam notam differentiam ponimus ⁊ aliā
per priuationem eiuſdem ſignificamus que
eſt ſpeciei ſubalterne que ponitur ſub gener̃.
Sed valde notandum eſt quod etiam ante
diximus q2 quando diuiditur genus non di
uiditur niſi ſecundum poteſtatem et non ſe
cundum eſſentiam. Eſſentia enim generis
cum ſimplex ſit tota ſimul. ⁊ poteſt eſſe in oī
bus diuidentibus ipſum. vnde tota eſt i ho
mine. ⁊ tota eſt extra hominem in equo et
hoc eſt in equo quia nec hoc aliquid eſt. nec
hic nec nunc. ſed ipſa eſt quodlibet ⁊ vbiq3 ⁊
ſemper ſicut iam dudum de vniuerſali di
ximus. non enim eſt hoc aliquid per materi
am. nec id per loci circumſcriptionem. Nec
nunc eſt per temporis vel temporalis diffe
rentie determinationem. Et ideo tota eſt in
quolibet ⁊ tota eſt extra quodlibet ſecundū
ſe acceptum quod proprium eſt nature ſim
plicis. Et quamuis tota ſit comprehenſa a
rationali quando rationale coniungitur ad
coniunctionem ſpeciei. ⁊ ſimul' cū hoc tota
comprehenſa ab irrationali quando irratio
nale coniungitur eidem ad alterius ſpeciei
conſtitutionem cum partem ⁊ partem i eēn
tia non habeat. tamen ſecundum q̄ compre
henſa ab irrationali a rationali non comprehen
ſa eſt. Et ideo nō ſequitur q̄ animalitas cū
rationali comprehenſa eſt eadem animali
tas ſecundum eſſe in rationali ⁊ irrationali
Sic enim ratione tranſmuteretur in irrati
onale q̄ negat Ariſtotiles fieri poſſe in libro
ethicorum. hoc autem ideo eſt quia anima
litas vna in ehocitro eſt ⁊ rationalis. ⁊ irra
tionalis. Et vnum ⁊ idem inchoationis ꝓn
cipium in eſſentia q̄ tamen vt comprehen
ſum eſt ab vno tractatum eſt ad eſſe princi
piati. Et ideo ſecundum hoc non poteſt eſſe
comprehenſum ab alio quod ſecundum par
tem ſue poteſtatis eſt in alio. Et ſi quis obi
ciat quod poteſtas ſiue virtus radicatur in
eſſentia. Et ideo videtur ſequi quod in quo
genus eſt ſecundum totam ſuam eſſentiam
In eodem etiam ſit per totam ſuam virtu
tem ⁊ poteſtatem. dicimus q̄ hoc non ſequi
tur. Eſſentia enim generis ſimplex eſt natu
ra. Poteſtas autem non radicatur in ea ꝑ
it vnica eſt ⁊ indiuiſibilis eſſentia. ſed poti
us in ambitu ſue communitatis. et ideo ni
hil prohibet quod diuiſo ambito cōmūitatꝭ.

eſſentia ſimplex mãneat indiuiſa. Attendẽ
dum etiam eſt ꝙ quamuis differentie in ge
nere ſint poteſtate. tamen ſecundum ꝙ di
uidũt genus oportet quod actu ſint accepte
per intellectum diuidentem. cum non intel
lectus diuidat niſi actu acciperꝫ id quod di
uidit. quo autem diuidit eſt differentia. ⁊ ſic
oportet differentiam actu eſſe. Et genus ſe
cundum ambitum ſue contrarietatis eſſe i
potentia diuiſibilem. ſecundum autem qđ
genus eſt principium inchoationis differen
tiarum ſunt in genere differentie poteſtate.
Sed ex illa poteſtate ad actuale eſſe per in
tellectum adducuntur quando per ipſas di
uiditur generis poteſtas. Sic ergo inteligi
tur quod peripatetici dicunt. ꝙ differentia
eſt quod aptum natum eſt diuidere ea que
ſunt ſub eodem genere. Diximus enim in
ante habitis quod differentia per hoc ꝙ di
uidit contrahit genus ⁊ id per quod per di-
uiſionem acceptum eſt ponit ſub genere ⁊ ſic
conſtituit ſpeciem ſecundum ꝙ ſpecies ẽ id
quod ſub aſignato ponitur genere. Et ideo ⁊
ea que ſunt ſub genere per diuiſionem diffe
rentiarum diuiduntur ⁊ ipſum genus diui-
ditur alio ⁊ alio modo. Genus enim diuidi
tur quia poteſtas partitur. ea autẽ que ſub
genere ſunt diuiduntur qꝛ per differentiarũ
diuiſionem quam faciunt abinuicem ſepe-
rantur. ſed genus diuiditur quantitate cõi
tatis ſue. Ea autem que ſub genere ſunt di
uiduntur ſeperatione ſue oppoſitionis ab in
uicem. Hoc autem ergo quod dicunt philo
ſophi hoc modo deſcribunt differentiam ꝙ
differentia eſt quod aptum natum per ſuaꝫ
oppoſitionem diuidere ſiue ſeiungere ea q̃
ſub eodem ſunt genere. ⁊ hoc manifeſtum fa
ciunt tali exemplo. ꝙ rationale ⁊ irrationa-
le hominem ⁊ equum qui ſub eodem ſunt ge
nere ꝙ eſt animal diuidunt ſiue ſeiungunt.
vtentes priuatione rationis que per irratio
nale ſignificatur loco communis differẽtie
quam nos brutalitatem conſueuimus nomi
nare. Et hoc patet quia ſi non eſſet aliquod
animal niſi homo ⁊ equs. ⁊ hinibile eſſet dif
ferentia equi conſtitutiua. diuideremus ſic.
Animalium aliud rationale. aliud hinibile
⁊ priuatione differentiam nõ ſatiſfacerem⁹.

Hhuc autem eandem differentiã
antiqui peripatetici deſcribunt et
aſignãt per reſpectum. per quem
vnum differentiuꝫ reffertur ad al
terum ſecundum differentiam qua differũt
ab inuicem diffinientes eam ſic. Differen
tia eſt qua differunt a ſe ſingula ea enim que
differunt differentiis ſuis a ſe inuicem dif
ferunt. Suas autem ⁊ proprias habent ſin
gula differentias. quibus differunt ab omni

bus aliis in quibus ſunt differentie. Pro
bant autẽ hanc aſignationem hoc modo qꝛ
ea que oppoſitis differentiis differũt. ⁊ que
ab vno ⁊ eodem oriuntur genere non diffe-
runt ſecundum genus. ſed potius in genere
conueniunt cum equaliter actu ⁊ intellectu
genus participent. quia genere non differũt
niſi que ſunt in diuerſis generibus. vel gene
raliſſimis vel proximis. ⁊ ſecundum hoc ꝙ
genere differunt ſic genus eſt ꝙ facit differẽ
tiam inter ea ⁊ hec ſunt quorum vna natura
non eſt in communi proximo ꝙ eſt primum
ſubiectum formabile ⁊ determinabile ad eſ
ſe per proprias differentias communes ſe
cundum ea que per vnam ⁊ eandem diuiſi-
onem diuerſarum differentiarum ab vno.
⁊ eodem genere exeunt. illa vero differunt
ſecundum genus. Et hoc per exempla ma
nifeſtatur. Sumus enĩ animalia ⁊ nos ho
mines ⁊ etiam irrationalia ſunt animalia.
Et ſic genere non differimus ab eis. ſm ap
poſitum nobis hominibus rationale pro di
ferentia diſiungit nos ab illis. ⁊ ita eſſentialẽ
habemus ad ea differentiam. quamuis in
genere conueniamus cum illis. ab alia aũt
parte ſecundum ꝙ conuenimus cum diis i
hoc genere ꝙ eſt rationale animal eo ꝙ nos
⁊ dii ſumus animalia rationabile appoſitũ
nobis mortale eſſentialiter ſeperat nos ab
ipſis quia ipſi ſecundum ſtoicos ſunt inmor
talia animalia nos autem mortalia. Cum
autem ſic dicunt antiqui ꝙ differentia eſt q̃
differunt. diffiniunt vel deſcribunt differẽ
tias ⁊ proprium effectum ipſius. ⁊ eſt aliqua
nominis manifeſtatio quamuis nõ ſit vera
diffinitio. Nec etiam antiqui has aſignati
ones pro veris induxerunt diſtinctionibus
Si uero obiciatur. ꝙ ſecundum anteceden
tia que dicta ſunt de figura arboris deſcri
bentis a generaliſſimo vſqꝫ ad ſpecialiſſia
duo ſunt. animal rationale ⁊ animal morta
le quorum vnum eſt ſub alio. talia autem
vnam eque immediatam ſpeciem nõ dicũt
habere. ſed potius vnum debet eſſe ſpecies
alterius ⁊ id quod inferius eſt ſub ſe ſpeciem
ſpecialiſſimam. Contrarium autem ſimi
liter videtur quando dicitur quod homo ẽ
aĩal rationale mortale. Et dicẽdũ ad hoc ꝙ
in re natura ſecundum opinionem antiquo
rum ſtoicorum ſic eſt vt procedit obiectio.
Et cum dicitur quod homo eſt animal rati
onale ponitur hoc totum complexuꝫ pro cir
cumlocutione proximi generis ⁊ mortale ad
ditum eſt differentia vlterius determinãs
ad ſpeciem ſpecialiſſimam. ⁊ hoc non eſt in
conueniens quin immo neceſſarium quod dif
ferentia ſuperioris generis cum differentia
inferioris ⁊ proximi generis in eadem ſpe

cie coniungatur in diffinitione ſpeciei. Sed
differentie diuerſorum generum non ſubal
ternatim poſitorum ſunt oppoſite. Et ille
non conueniunt in eadem ſpeciei diffinitio
ne. Attendendum eſt cum dicitur qua di
ferunt ſingula. ꝙ ſingula quideꝫ ab aliis dif
ferunt ſuis propriis que illis ꝛ non aliis con
ueniunt. Sed tamen in antehabitis dictuꝫ
eſt propria cum ſint accidentia. ꝛ nō diuidāt
ſubſtantiam non propriam faciunt alietatē
ſed per alteritatem oſtendunt alietateꝫ qua
ſi non propriam factam per propriam diffe
rentiam ſubſtantialem que propria eſt ſpeci
ei quia ſic conuenit vni quod non alii. Et
ideo differentia eſſentialis eſt qua primo. ꝛ
per ſe differunt ſingula. aut per formam .
aut per materiam. aut per propriuꝫ eſſe for
me in hac materia vel illa. Si autem que
ritur. cum dicitur quod differentia eſt qua
differunt a ſe ſingula vtrum differant per
vnam. aut per plures differentias dicendū
quod per vnam differunt ab omnibus dif
ferentiam illam ſecum non comunicantes.
ſicut per rationale differt homo ab omnibꝰ
rationem ſecum non communicantibus.
Sed ab his que ſecum communicant in
vna differt in alia. Si autem quis obiciat
dicens quod ſingularia numero ſunt infini
ta adminus quo ad nos . ꝛ ſic videntur in
ferre ab infinitis. Dicendum ꝙ hoc nihil ē
in conueniens. Si vlterius arguet ꝙ qui no
uit diffinite vnum contrariorum diffinite
nouit ꝛ alterum. Nouit autem homo ſuam
qua a ſingulis differt differentiam igitur ui
detur ꝙ diffinite nouit infinitas ſingulariū
differentias quibus ab ipſo differunt. et ſic
momento nouit quaſi omnia. Dicendum
ꝙ non ſequitur ꝙ noſcat omnia illa inquam
tum cum ipſo non conueniunt. et hoc eſt no
ſce in vniuerſali ꝛ in potentia . ꝛ nō proprie
ſecundum naturam vniuſcuiuſqꝫ. ꝛ hoc nō
eſt inconueniens momento aliquo mō vni
uerſali ꝛ potentiali noſcant multa vel infini
ta. De exemplo autem quod antiqui īduxe
runt de mortali. quod habet ꝙ differentia
cum differentia ſit pars eſſe rei. ꝛ mortale
cauſam ab eſſe dicere videatur. Dicenduꝫ
ꝙ ſi mortale dicat viuentis paſſionem pro
certo. tunc dicit cauſam ab eſſe. ꝛ non eſt dif
ferentia conſtitutiua alicuius viuentis. Si
autem dicit compoſiti viuentis formam ꝗ
eſt notio tali vita viuentis pro certo eſt dif
ferentia conſtitutiua. ꝛ hoc modo eſt eſſētia
incorruptibilis. vel ſicut ꝛ alie differentie.
Quod autem dicunt rationale eſſe formam
in qua comunicant homines ꝛ dii pro certo
ſecundum opinionem quorundam ſtoicorū
dictum eſt qui dicebant vniuoce ꝛ nos ꝛ de
os eſſe rationalia animalia ꝛ non dicebant
per denominationem ab anima. ſꝫ per hoc
quod forma animati corporis ꝛ moti volun
tatis motu cui poſtea ex inferiori genere qđ
eſt compoſitum ex corpore commixto ex con
trariis aduenit ꝛ anime aduenit ſenſus.
Et ideo non ſequitur ſi deus eſt animal qđ
deus ſit ſubſtantia animata ſenſibilis eo mo
do quo deos animalia ſtoici eē dicebāt ſicut
ſuperius iā expoſitū ē i li. đ nā deoꝝ. Aſſignāt
etiam peripatetici hoc videlicet dicentes.
quod differentia eſt qua differunt a ſe ſingu
la natura ſecundum genus non differunt ꝗ
ab eodem genere per eandem accipiuntur
diuiſionem. Cuius exemplum eſt quod ſu
mus ꝛ nos homines animalia ꝛ irrationa
lia per eandem rationem ſunt animalia . ſi
cut ꝛ nos ſecundum additum generi. quod
eſt animal rationale pro differentia hoīs
conſtitutiua ꝛ dei diſiungit nos. ꝛ deos ab il
lis que ſunt irrationabilia. Adhuc nos ꝛ dii
rationales ſumus ī genere quod eſt animal
rationale non differentes. ſed mortale pro
differentia conſtitutiua appoſitum ad ani
mal rationale quod eſt genus. ſeperat nos
homines a differentiis immortalibus

ubtiliorem autem adhuc omnibꝰ
preinductis aſſignationibus peripa
thetici differentie diffinitionem .
quantum ad intrinſeca ꝛ eſſentia
lia ſibi ſunt perſcrutantes ꝛ ſpeculantes . eā
per ea que non conueniunt niſi differentie
que differentia dicitur magis propria.
Et nullo modo nec per ſe nec ex conſequen
ti conueniunt differentie que dicitur propria
Nec etiam ei que dicitur differentia cō
munis. proprie enim ex conſequenti ad mi
nus conuenire poteſt quod ipſa ſpecies ha
bundet a genere. Et etiam hoc quod dicit
predicari de pluribus differentibus ſpecie
in eo quod quale eſt poteſt ex conſequenti cō
uenire communi differentie . ꝛ ſimiliter id
quod dicitur quod aptum natum eſt diuide
re ea que ſunt ſub eodem genere proprie dif
ferentie poteſt conuenire. Et ſimiliter id ꝙ
differentia eſt qua differunt a ſe ſingula. pro
priis enim differentiis differunt a ſe ſingu
la. Et ideo nulla talium aſſignationum per
intrinſeca differentia data videtur eſſe.
Sed interius eam perſcrutantes . ꝛ ſubtili
ter per eſſentialia ſpeculantes que ſoli ma
gis proprie differentie dicte conueniunt. di
cunt quod non quodlibet eorum que ſūt ſub
eodem genere. ꝛ diuidunt ea que ſunt ſub eo
dem genere quo oportet modo diuiſionis ē

differentia magis proprie differentia dicta
Et dicunt hic ſolum eſſe differentiam ma-
gis proprie dictam que conducit ad eſſe. ⁊ ꝙ
eius quod eſt ratio rei pars eſt. Quod autē
hoc differentia ſit probant. quia propria ſūt
de his que ſunt ſub eodem genere diuiden
tia ea que ſub genere ſunt. Dicamus enim
diuidendo ea que ſub genere ſunt. Animali
um aliud aptum natum eſt arte nautica na
uigare ⁊ aliud non. cum tamen aptum eſſe
arte nautica nauigare ſit proprium homis.
⁊ non de eſſe ⁊ eſſentia ipſius. talibus enim
differentiis ſepe vtimur genus diuidentes.
cum tamen talia ſint propria eſſentia eē ſpe
ciei. Que autem ſunt eſſe conſequentia non
poſſunt eſſe completiua eſſe ipſius. nec per
fectiua ſubſtantie. nec pars eſſentialis eē ip
ſius ſubſtantialis. quamuis compleatur in
eſſe quodam quod non eſt eſſe ſimpliciter. ſʒ
eſt aptitudo quedam eſſe ſubſtantiale conſe
quens. Et ideo talis differentia propria nō
eſt quales ſunt differentie magis proprie.
que ſpecifice dicuntur differentie. quia ſunt
ſpecies in eſſe ſpecifico conſtitutiue. Erunt
ergo ſpecifice ille ſole quecunqʒ eſſentiali q̄li
tate alia. aliam faciunt ſpeciem. ⁊ quecun
qʒ in eo quod quale de ſpecie conſtituta pre
dicantur. Differentie enim ſunt ſicut ſupe
rius dictum eſt ⁊ ad genus ⁊ ad ſpeciem cō
perantur. ⁊ ad vtrunqʒ illorum habent re
ſpectum. Ad genus quidem prout ſunt diui
ſiue. Ad ſpeciem autem prout ſunt conſtitu
tiue. Et ideo ſunt ſub genere ⁊ genus conſe
quentes. Et ſunt ſpecies ſub ipſis. Et ſpeci
es antecedentes ſunt ipſe differentie. quia
ſunt actu ⁊ itellectu i ipſis ſpeciebus ſicut cō
ſtituentes in eiſdem. Cum autem conſequē
tes ſunt in eſſe generum prout genera ſunt
Et omne quod ſequitur eſſe alicuius ſit de
genere antecedētiū vt dicit Aui. videbit̄ for
te alicui ꝙ ſint accidentia gn̄is ſicut ꝑpa ſūt
accn̄ia ſpēi. eo ꝙ ꝑpria ſūt de conſequentibꝰ
eſſe ſpecierum. Sed ad hoc dicendum ꝙ
non eſt ſimilis habitudo generis ad differē
tiam. ⁊ ſpeciei ad proprium. Species eniʒ
ſe habet ad proprium vt ens perfectum qḋ
eſt de ratione proprii. ſicut ſubiectum eſt đ
ratione paſſionis. vel exiſtens de eſſentia ip
ſius. Sed tātum ſubſiſtere faciens in ſe ip
ſo. Genus autem ſe habet ad differentiaʒ
vt ponitur vt ens imperfectum perficiēdū
per differentiam ſicut materia per formaʒ
⁊ vt eductum de poteſtate ipſiꝰ ſicut forma
educit̄ đ materia. ⁊ quia nihil perficit ſubſtā
tiam ad eē ſubſtantie niſi ſubſtantia. Ideo
genus perficitur ad eſſe ſpeciei per differen
tiam. Species vero eſt ſubſtantia. oʒ ergo
quod differentia ſit reſpiciens genus ⁊ ſpe-
ciem ſit ſubſtantia ⁊ ſubſtantialis forma.
Et ꝙ dicitur ꝙ eſt conſequens eſſe generis.
dicendum ꝙ eſſe generis. vt genus ē eē imꝑ
fecti. Et iō ꝙ cū ſequitur ipʒ ſic ē ſicut actꝰ q
ꝯſeq̄t̄ potētiā ꝑꝑ ꝙ oʒ ꝙ ſit ſubſtantia. Si āt
generis eē perfecti eſſet eē de neceſſitate ſe
queretur quod differentia eſſet accidens ge
neris. ⁊ tunc non poſſet eſſe ſubſtantia ſpeci
ei. quia quod ē vni accidens nulli poteſt eſſe
ſubſtantia vt dicit Ariſtotiles. Si tamen
cōſideretur genus nō vt genus. ſʒ vt vniuer
ſale predicatum de pluribus qḋ propria ha
bet iduidua. ſicut animal predicat̄ de hoc
animali ⁊ illo ſicut in tractatu de genere ē
determinatum. Dicūt quidā ꝙ ſic conſide
rat̄ vt ens perfectum i eſſe proprio. Et ſi ſic
comperat̄ ad ipſum differētia. vt conſeq̄ns
ipſū. Et dicūt ꝙ ſic conſiderata differentia
eſt accidens generiſ. Sed re vera non eſt ac
cidens ſecundum naturam accidentiſ. Sʒ
in hac conſideratione modum habet acci-
dentis. ⁊ non naturam quod patet in predi
catione qua differentia predicatur de gene
re ſola. vt cum dicitur animal eſt rationale
vel ſub diſiunctione ad oppoſitā differentiā
vt cum dicitur animal eſt rationale. vel
irrationale vtraqʒ enim iſtarum propoſiti
onum eſt in ſecundo modo dicendi per ſe in
quo ſubiectum eſt de ratione predicati. Et i
illo modo ſubiectum quidem eſt cauſa eſſe
predicati ⁊ nihil eſt de eſſentia ipſiuſ. ⁊ hoc
eſt ideo quia ſicut vult Ariſtotiles in ſepti
mo prime philoſophie. Accidēs potius ē eē
q̄ʒ eſſentia. Sic enim cum aliter ſe habet ſu
biectum ad rationem predicati q̄ʒ in ea in
qua ꝑdicat̄ vere accn̄s. cū. n. dicit̄ aīal ē rō
nale n̄ pōt itelligi ſic ſʒ i rōne ꝑdicati ut poſi
tus abſoluta natura a re predicati cum pote
ſtate progrediente in actū ⁊ in qua iam icho
atio eſt differētie predicatum ſit in ſubiecto
Sed quando proprium predicatur de ſpe-
cie. ſpecies quidem eſt de ratione proprii.
ita ꝙ proprium non eſt in ſpecie vt in potē-
tia. ſed i ſpecie iam completuʒ eē habente ꝑ
ſolam nature aptitudinē. Ad quedam que
nihil nature ſunt in eſſe ſicut patet cum dici
tur homo ē riſibilis. In hoc enim ꝙ homo
eſt anime itellectiue que nata eſt ſuſpendi ⁊
admirari ea que aprehenſioni eius obiciun
tur efficit̄ riſibilis ad cognita letificātia. ⁊ fle
biliſ ad cognita ꝯtriſtātia cū tn̄ admiratio ta
lis nihil ſit naturaliū. hoc ē eoꝝ que ſunt de
ꝯſtituētibus naturā hōis. Sic autē nō ſe hʒ
genꝰ ad d̄fam q̄ de ipō ꝑdicat̄. ⁊ iō q̄uis ꝑ
dicatio illa reducat̄ ad ſʒ mōʒ eiꝰ ꝙ ē ꝑ ſe. tn̄
ēt aliqḋ habʒ de primo. ſed quo ad hoc eſt in
ordinata ꝑdicatio. quia ſecūdum rē ipſam
potius ſubiectum debet eſſe predicatum q̄ʒ

econuerſo. Sic ergo differētia ad gen⁹ ſe ha
bet. ad ſpeciē autē habꝫ ſe ſicut ſubſtātia for
malis ⁊ pfectiua ⁊ dterminatiua potētie ge
neris. ſicut in ante habitis dterminatum ē
in tractatu d ſpecie. Secundum igitur ea q̄
dicta ſunt patet ꝙ genus ē primuꝫ princi pi
um differētie ⁊ ſpeciei ⁊ per conſequens eti
am proprii ⁊ accidētis. quia ēt gen⁹ primuꝫ
generis quod dicat de pluribus ſpecie diffe rētibus. ⁊ hoc pbatur p hoc quod dicit vnū idē non ſimul actu hab3 contraria. Natura autē generis eſt vna ⁊ eadē. ⁊ ideo ſi eſt in pluribus ſpecie differētibus actu ⁊ vna ea dem ratio. vnum ⁊ idem actu ſimul habet ↄtraria. habet enim rōnale i homine ⁊ mor tale i boue vel aſino. ⁊ cū hoc eſſe non poſſit nō poteſt eſſe nomen generis vnū in homie ⁊ boue. Hec autē confirmari videt p hoc ꝙ dicit Ari. primo de anima ꝙ ratio animat. ſecūdum vnūquodq3 animal ē altera ⁊ alia falſum ē ergo ꝙ ſit nomen vnu3 ⁊ ratio una. Hec autē ⁊ ſimilia non ē difficile ſoluere. di cimus enim ꝙ vna natura generis ē i diuer ſis ſpecie differētibus numero. Et qð dicit ꝙ idem nō ſimul habet cōtraria intelligit de eodem numero ⁊ non de eodem genere vel ſpecie. Et hec quidem iam i ante habitiſ in libro de predicabilibus determinatum ē Et quod dicit Ariſtotiles ꝙ ratio animalis ſecūdum vnūquodq3 eſt altera ſic putandū eſt. ratio animalis ſecūdum vnumquodq3 hoc eſt ſecūdum eſſe quod habet i vno quo q3 ſigilatim ē altera. hoc. n. verum eſt non tantū in ſpē. ſed etiam i indiuiduo. quia ſic animal non accipit vt eſſentia generis. ſ3 ut habet eſſe ſpeciale vel ſingulare in ſpecie. vl' in iduiduo. ſic autem non eſt genus quia eſt i illo tantū ⁊ non extra illud in alio. ⁊ ideo ſic non eſt in eē vniuerſalis ſed pticularis. q2 quāuis hoc quod ē in vno ſit i alio vniuerſa li. tamen non ſcđm quod ē in vno ē i alio. vt in tractatu de vniuerſalibus eſt determina tum. Relinquit ergo vniuoca eē quorum et nomen commune ē ⁊ ratio ſubſtantie eade3 Attēdendum autē eſt ꝙ quamuis multiuo ca ſiue ſinonima ⁊ diuerſiuoca non ſunt de his quibus predicabile ordinat in linea ge neris eo ꝙ ſinonima reſpiciunt vnum parti culare vel ſpeciale per diuerſas ꝓprietates que ſunt i illo multis ſignificate nominibus Diuerſiuoca autem. ſicut diuerſa ſunt no mina ſic diuerſis attribuunt. tamen q2 aui. ⁊ Algazel. ⁊ iohannes damaſcenus in ſuis predicamētis. ponūt iſta. ⁊ nos ea hic pone mus non ad neceſſitatē ſciētie. ſed ad doc trine pfectionē. ſunt igitur multiuoca ſiue ſi nonima quādo multa nomina vni rei attri buūt vt enſis mucro ſpata gladius. vl' mar chus tulius cicero. his enim nominibus id ſignificat ſecūdu3 diuerſas ꝓprietates que ſunt in illo. Diuerſiuoca autē ſunt quando diuerſa nomina diuerſis nominibus attri buunt vt lignum hō lapis ⁊ huiuſmodi. ſ3 his non indigemus ad iſtius ſcientie neceſſi tatem in qua ſicut in geōetricis facit euclides non permittimus niſi diffinitiones eorum

que requirunt ad ad ordinationē predicab lis ad vnū quod ē in illo ordine predicabile ſiue dicibile primū ſicut eſt principiū trāſcē dens qð in omnibus principiis ē ſicut eſt ge neraliſſimū pp primum enim o3 ponere ra tionem equiuocoꝝ. ꝓpter ſecūdum autē ne ceſſaria eſt vniuocoru3 ratio.

Alia vero ſicut dicit Ari. in prima philoſophia libro nono omnia acci dētium genera reducunt ad ſubſtā tiam vt ad ſubiectū vnum omniū aliorum p predicabile quod iter vniuerſalia vocatur accidēs ⁊ hoc nō poteſt fieri niſi per denomi nationem factā a principali. propter hoc in ſcientia iſta in qua intēdimus de predicabi lium ordine. oportet etiam premittere diffi nitionem denominatiuorū. dicimus ergo ꝙ denominatiua dicunt quecūq3 ab aliquo pn cipali ſolo caſu differētia. ſm nomē ad caſū iflexu3 habēt appellationē. vt a grammati ca que principale nomē eſt ſcientie litterarū ad recte loquēdum ⁊ ad recte ſcribēdum di citur grāmaticus per iflexionem que i finis eſt mutatione. Cum enim dicit denomina tiuū propter ↄpoſitionē prepoſitionis vocat trāſitio ſiue diuerſitas que eſt inter eſſentiā denominātē ⁊ inter eēntiā denominatam ⁊ ideo que ſunt eiuſdem nature denominati onis non ſuſcipiūt predicationē vel appella tionem. ⁊ ideo hō non dicit humanuſ ab hu manitate. ſed dicitur eſſentialiter hō ⁊ ani mal rationale. ⁊ omnia que ſecundū eſſenti am predicātur. ⁊ quia etiam propriū eſſenti ale ē quamuis non ſit de eſſentia. ideo nō cō grue dicitur homo riſibilitatus. hoc in acci dentibus ēt ſecūdum ꝙ ordinata ſunt i gene ribus ſuis ⁊ ſpeciebus nō recipiunt denomi nationis rationem albedo. n. nec dicitur al ba nec dicit colorata. ſed dicit color ⁊ ſic de omnibus aliis. Sed quādo natura aliena ꝗ eſt poſt eē alterius intelligit ⁊ ſignificat qua ſi circūpoſita. ſ. compoſita per vnius natu re ad alienam congregationē. tunc ſit deno minatio vt dicit homo albus vel alba qð ē res alba. Hoc igit ſicut vniuoca ⁊ equiuoca q2 multitudinē eſſentiarum ſignificāt com petētius diffiniunt in plus. vt dicant deno minatiua quā ſingulari vt dicat denomia tiuū. Et additur dicunt q2 totū ꝙ hic inten dimus ad dici principaliter ⁊ non ad eē ref fertur ſicut i prehabitis. Et quod addit que cunq3 ſignificat indiffinitam accidentium multitudinē a quib⁹ ſit denominatio ⁊ qð di cit ab aliquo notat nomen accidētis ſecūdū ꝙ in ſua puritate ⁊ principalitate ſignificat Dicit enim Auicena i ſexto de naturalibus vbi agit de anima ꝙ intellectus accidentis eſt abſolutus quamuis eſſe accidentis ſit de

pendẽs ⁊ quod ſubdiť ſolo caſu differẽtia di
ciť hic caſus quecũqȝ inflexio nominis ſꝫ fi
nẽ nominis ſiue dictionis ſiue fiat p deriua
tionẽ ſiue fiat p declinationẽ ut a iuſticia de
riuatur iuſtus. uel verius dicendo a iuſti-
cia formať iuſtus. Quis ſecũdum grãmati-
cã iuſticia deriueť a iuſto. tñ ſecũduȝ naturã
⁊ rõnem denominationis. ⁊ denominati a
iuſticia formať iuſtus. Grãmaticus eni no
men modus ⁊ formãs attẽdit ⁊ qꝛ in decli
tione ẽ. ſic declinať iuſtus. ti. addita. cia. fit
iuſticia. ideo dicit iuſticiam formari uel de
riuari a iuſto. hoc eni mõ iuſtũ a iuſticia for
mari non põt. Natura autẽ denominati
onis extrario, ẽ qꝛ denoïans ẽ alienã naturã
iformãs. ⁊ ideo noĩ illius nature ꝓintellige
re oȝ vt ſine alr i dictione inflexo denomina
tio fiat. ſicut iuſtũ dicitur cadẽs p inflexiõeȝ
finis a iuſticia. ⁊ albũ ab albedine ⁊ ſic eſt ab
omnibus aliis. fit autẽ hec iflexio in fine dic
tionis ⁊ nõ in principio qꝛ inflexio finis prin
cipale ſignificatum nõ mutat ſed modum ſi
gnificãdi tñ ut patet i oi declinatiõe qñ cãuſ
declinat a recto ⁊ a ſe inuicẽ ſm ordinẽ caſu
um. Caſus autẽ a principio dictionis muta
ret totũ ſignificatũ ⁊ non tñ ſignificandi mo
dũ ſicut ſi dicereť iuſticia prudentia ⁊ huiuſ
modi iquibus idem terminus ẽ ⁊ principiũ
diuerſum ⁊ iõ diuerſũ ſignificatũ. ⁊ hoc nota
tur p hoc ꝙ diciť ſolo caſu differẽtia per hoc
enim nõ drñt in principali ſignificato. ſed in
modo ſignificãdi tñ i denominatione. ergo
hec tria neceſſaria ſunt. ſ. natura aliena ſbo
ꝗ extrinſecus aptata ⁊ ꝗ circũpoſita in pri
cipali ⁊ denominatõ eadẽ res ſignificata et
diuerſus modus ſignificãdi. Quod autem
addiť ſecundum noĩ intelligiť ſecundum
modũ nõis qui eſt iflexio fis qui caſus vocať
Et quod addiť hñt appellationẽ per hoc qd
diciť hñt notatur habitus ꝗ extra applica
tus. Et qd diciť appello enim que diciť qua
ſi ad pulſum ⁊ cõponiť ab a ꝑpoſitione. ⁊ pol
lo pollis notat ꝙ ſicut alienũ pulſũ ſit ad id ꝙ
denominať ſicut ⁊ nomẽ ꝓprium ⁊ appella
tio uocať ꝓprie qꝛ ex collectione accñium ad
id ſignificãdum a pulſum ẽ. Nomen. n. cõe
pp hoc diciť appellatiuũ eo ꝙ in eo m̃ta pel
lunť i vnũ. ⁊ ideo eſt cõe multoꝝ Uerius
autẽ exemplũ eſt ut a gramatica qd eſt noĩ
principale grãmaticus formať p finis infle
xionem. ⁊ a fortitudine formať fortis. ⁊ ſic ẽ
in omnibus aliis accñtalibus denominatiõi
bus. Ex his autẽ que dicta ſunt patet. ꝙ in
ſubſtãtialibus nõ poteſt eẽ denominatio. ſb
ſtãtialia enim ſola ꝑtinẽt ad eandem naturã
Et ſi obiciť ꝙ in ſubſtãtialibus quedaȝ ſi
gnificãť ꝯcrete. quedã autẽ abſtracte vt hõ ⁊
humanitas i quo uidetur hõ p inflexionem
caſus deriuari ab humanitate. Dicẽdũ
ꝙ hec inflexio facta eſt ad ſimilitudinẽ accñ
tis ⁊ nõ de ipſa rei natura. hõ enim nõ predi
cať de ſibi ſubiectis ut ab alio deriuatũ. ſed
ꝑdicať ut eẽ ſubſtãtiale eius de quo predica
tur. ⁊ ideo iſte modus itelligẽdi i re nõ põt
poni. ſed p ſimulationẽ ad accidẽs eſt ima
ginatus ⁊ fictus vt forma ſignificetur ⁊ for
matum i eo qd eſt formatum per formam.
hoc igitur eſt denominatiuũ.

Um autem quedã ſint ordinabilia
in predicamẽto. quedã autẽ non in
vno. ſed in pluribuſ. quedã vero ne
qȝ in vno neqȝ in pluribus. oȝ nos
hic diuiſionẽ ponere ut ſciamus que ꝑtinent
ad ꝑdicabiliũ ordinem ⁊ que ad predicabili
um non ordinẽ. ſed compõneȝ. Sunt eniȝ ꝑ
dicabilia p intellectũ accepta hic. ergo intel
lectus põt eẽ ſimplex itelligẽtia ſiue ſimplex
per itellectũ intuitus. vel compoſitus intel
lectus vnũ cũ alio iungẽs ⁊ ꝯponens. ⁊ ꝑs
hec duo ſumiť diuiſio. qd eorum que dñr. ⁊
ſtant ſub ꝺcõne itellectus. Alia quideȝ ſine
ꝯplexione dñr. alia uero dicunť cũ ꝯplexiõe
Quis enim res oẽs incõplexe ſint. tñ ꝯpoſiti
onẽ forme cũ materia uel ꝑdicati cum ſbo ſi
poteſt ſignificare itellectus nõ p notã cõple
xionẽ. Cõplexio autẽ eſt deſignatio vniꝰ cuȝ
altero uel nõ i altero. ſicut ẽ dr hõ currit vel
homo uincit. in his. n. uocibus notať cuius
in eẽ hõi ⁊. uictoria. ⁊ ut actus ineſt agẽti
Et hãc ꝯplexionẽ ꝯponẽs facit itellectus et
nõ in re p modũ ꝯpõnis. que media ſit iter
hominẽ agentẽ ⁊ actuȝ eiuſdẽ. Ea uero que
ſiue complexione ſunt exẽplariter ſunt ſicut
cũ p ſe dicimus hõ. ⁊ per ſe uincit. p ſe currit
vt i tractatu de antecedẽtibus ad logicã ſatis
dictũ eſt. ubi diffinitũ ẽ ꝯplexũ ⁊ incõplexuȝ
incõplexũ autẽ ſub uoce ꝯceptũ eſt ordinabi
le i predicamẽto aliquo. Cõplexũ auteȝ perti
net ad itellectũ ꝯponentem ſcðm naturã cõ
poſitionis. Aliã autẽ ꝑmitemus diuiſioneȝ
ſm rõnem illã dictam ſcðm quã aliud poni
tur i eodem uel diuerſo ꝑdicamẽto. Et hãc
dabimus quadrimẽbrem. ſup duas diuiſio
nes bimẽbres fundataȝ. Eſt enim predica
bilium que i predicamẽto uel ad ſubiectum
vnum ordinať aliud ſubſtãtia aliud accñs.
aliud vle aliud ꝑticulare. Et ẽ accidẽs vle
⁊ accidẽs ꝑticulare ⁊ eſt ſubſtãtia vle. et eſt
ſubſtantia que eſt ꝑticulare p coniũctionem
mẽbroꝝ diuidentium in duabus diuiſioni
bus inductis ⁊ ideo egrediť quadrimẽbris
diuiſio. qd eorum que ſunt in natura ⁊ quiddi
tate ſua alia de ſbo quedã dñr ⁊ nõ ſunt in
ſbo aliquo ſicut ſubſtãntia vlis ſicut homo
vniuerſale uel ſpẽs de ſubiecto hoc eſt ſibi ſe
cundum totã lineam iacto ſubiciť cuȝ diciť

quādo hō dicitur de aliquo homine ſicut cū
dicitur per idiuiduum uagū. aliquis homo
eſt homo. vel ꝑ idiuiduū ſignificatū ſicut cū
dicitur ſoꝛ. eſt homo in ſbo non nulla ē ſicut
accñs i ſbo eſt quod ſui eē cām habet ſbm. q̄z
do enim homo predicaꝶ de aliquo homine
ꝓdicatū eſt cauſa ⁊ eſſentia ſubiecti ⁊ non ac
cipit ſui eē cām a ſubo. Alia autem ꝑ oppoſi
tionem ad iſta in ſbo quidem ſunt, ſed de nl'
lo dūr ut de ſbo ordinata predicatione. ſed
ſi dicunꝶ de aliquo ē ſicut indiuiduum qd̄ ꝓ
dicatur de ſe ipſo. ⁊ ut melius ītelligatur ex
planando dicimus quod eſt eē in ſbo. in ſbo
enim ſunt quorum dependētia ſcd̄m eſſe eſt
ad ſubiectū ⁊ hec ſunt que cū in aliquo ſicut
non ſunꝶ ī eo ſicut quedā pars eſſentialis uł
integralis. q: nihil conferūꝶ ad eſſe ſbi in quo
ſunt. ⁊ impoſſibile ē aliquid huius eē ſcd̄m
actum ſicut in eo ī qua eſt. q: ab eo in qua eſt
accipit omne qd̄ non habꝫ extra ipꝫ ſicut ac
cidēs qd̄ vt vult Ari. potius eſt eē q̄z eſſen-
tia. Ex huius exēplum ē accidens particula
re quod non idiuiduaꝶ niſi ꝑ ſbm ſicut q̄daꝫ
hec grāmatica que ut ī ſbo eſt in anima ſiue ī
quadam anima grāmatica ī ſe habēte ſciaꝫ

De ſubiecto uero nullo dicitur quia non
predicaꝶ niſi particulari predicatione que n̄
eſt ordinata predicatio. Et ſimiliter quodā
album uel hoc albū ut ī ſubiecto eſt in corpe
vel quodam corpore. Omnis enim color ī
corpore eſt determinato q: ſicut detur in li
bro de ſenſu ⁊ ſenſato color eſt extremitas
ꝑſpicui in determinato corpore de ſubiecto
nullo dicitur cum ſit particulare. Alia
uero ⁊ de ſbo quoddam dūr ⁊ in ſbo quodā
ſunt ut accidēs vniuerſale. vt ſcientia ī ſubie
cto eſt ī anima q: ē accñs anime de ſubiecto
vero diciꝶ ut grāmatica de qua predicatur
ſicut genus de ſpecie. Alia uero neqꝫ in ſbo
quidem ſunt. neqꝫ de ſubiecto dūr ſicut ſub
ſtantia ꝑticularum vt aliquis hō uel aliquiſ
equs. nihil enim horū que ſunt ꝑticularis ſb
ſtantie neqꝫ in ſbo eſt. neqꝫ de ſubiecto diciꝶ.
ſimpliciter enim ⁊ vniuerſal'r que ſunt indi
uidua ⁊ ſcd̄m numerum ſingularia. hoc eſt
que ſunt vnū numero non dūr de aliquo ut d̄
ſubiecto cū in deſcēdendo vltima ſint ne ha
beāt ſub ſe de quo dicanꝶ. nihil tū ꝓhibet qn
quedā eorum in ſubiecto ſunt quādo acciden
tia ꝑticularia ſunt, quedā eniꝫ grammatica
ut dōati in ſubiecto eſt in anima donati.

Hac igiꝶ diuiſione cognoſcunꝶ que in genere
ſunt vniuerſalia ⁊ particularia ī eodem. que
predicanꝶ ut accidētia in vtriſqꝫ generibus
⁊ que predicanꝶ ut ꝑticularia. Si auteꝫ que
ritur quē eſt iſta diuiſio dici pōt q̄ eſt ſimil'
ei que eſt generis ī ſpecies. Cū autem comu
ne diuiditur potius diciꝶ eorum que ſunt q̄z
eorum que dūr. q: potius ſunt iſta ſecūdum
eē q̄z ſecundum dici. q: eē ſic uel ſic in alio eſt
cauſa eius. quod ē dici uel predicari. Et ac
cipiūtur ſecundū hanc diuiſionem que ſunt
in linea predicamētali ut genus ⁊ ſpecies et
non idiuiduum. Et accipiunꝶ etiam ea que
ſunt extra genus ut accidētia ⁊ que ſecundū
accidens predicantur ſicut ea que ſunt in ge
neribus accidentiū predicantur de ſubiecto
Si autem obicitur q̄ ſubiectum ī hac diuiſi
one nō accipitur ī vna ⁊ eadem ratione eo q̄
ſubiectū accidentis. ⁊ ſubiectū vl'is nō vno
modo ſubſtant nec habēt vnam. et eandem
rationem ſubſtādi. Dicimus q̄ vna ⁊ cōis
ratio ſubſtandi eſt ī vtriſqꝫ. ſed ſpēalis nō eſt
vna. in hoc enim vna ē q̄ ſubiectum ī ſe fun
dat ⁊ ſuſtineꝶ predicatum quo ad eē verum
quod eſt eē actu in natura ſic enim ⁊ ſubſtan
tia ſecūda eſt in prima ⁊ accidēs in ſubiecto
Differt autē in ſpeciali quo ad hoc q̄ ſecun
da ſubſtātia eſt cauſa eſſentie ⁊ eē prime ſbꝫ
autem ē cauſa accidentis ſcd̄m eē q̄ habet.
diuiſio autem ſecundum partes quas habꝫ
notificat que ⁊ qualiter loquntur ī linea pre
dicamentali ſicut deinde eſt. hec igitur omīa
vt diffinitiones quedam his que dicereꝶ or
dine predicabilium premiſſa ſunt q: ēt diui
ſiones ad hoc ſiunt ut diffinitiones partiū ⁊
diuidentium habeātur per quas ſciat quali
ter ⁊ quo ordine in genere ponēda ſunt.

Appoſitiōes autē ſunt due que pro
principiis premittēda ſunt ordini
predicabilium quarum vna quid̄
eſt q̄ quando alterum de altero ꝓ
dicatur ut de proprio ſibi in recta linea ſbo.
⁊ directe ⁊ ſubſtantialiter ſubſtante ſecundū
omnium quinqꝫ vniuerſalium reſpectu ad
ea que directe ſunt ipſis ſunt quecunqꝫ eo q̄
predicatur dicūtur recto ordine ⁊ ſubſtanti
ali omnia etiam dici de ſubiecto neceſſe eſt
hoc quidem in ſcientia de vniuerſalibus ſe
cundum omnem modum predicandi quin
q: vniuerſalium dedimus extra vt homo ⁊
ſpecies predicantur de quodam homine. aī
mal autem in eodem ordine de homīe pre
dicatur ut genus ⁊ ſubſtantia d̄ animali. ne
ceſſe eſt q̄ et animal ⁊ ſubſtantia de quodaꝫ
homine predicetur. Similiter rationale ꝓ
dicatur de quodam homine ut differētia ſē
ſibile autem ⁊ uitale ⁊ animatum de ratiōa
li ut genera ⁊ differentie neceſſe eſt q̄ ⁊ hec
de quoddam homine predicentur. Simil'r
riſibile de quodam hoīe predicatur ut ꝓpri
um. de riſibili autem admiratīūm ut genus
⁊ de hoc ſuſpenſiuum ad apprehenſa ⁊ ad h̄
ſecundum naturam deſiderationis. neceſſe
eſt q̄ adhuc de quodam homine predicenꝶ.
Similiter albū de quodam hoīe ut actiuuꝫ

pꝛedicatur de albo aut colloꝛatū. de coloꝛato
aut quale oꝛ igitur ꝙ ⁊ hec de quodā hoīe
pꝛedicetur. ⁊ generaliter loquendo quecūqȝ
ſecundum rc̄am lineam ordine indiuidui
ad ſpeciem ⁊ ſpeciei ad genus de pꝛedicato
quecunqȝ dici poſſunt . ⁊ ſicut Auicena ⁊ al-
gazel dicunt ī negatione ē ſimiliter. dūmō
negentur ea de pꝛedicato quecunqȝ ſunt ſm̄
foꝛmam ſpeciei aut generis pꝛedicato oppo
ſita. vt ſi quidem homo non eſt lapis. lapis
autem ē inanimatum neceſſe eſt ꝙ quidam
homo non ſit inanimatum. Similiter eſt in
oꝛdine differentiarū ⁊ pꝛoprioꝛum ⁊ accidē
tium ſicut ſi homo eſt rationale. ratiōale āt
non ē inſenſibile ⁊ ſic de aliis. ſequitur ꝙ ho
mo non ſit inſenſibile. ⁊ hoc eſt facile uidere
in omnibus ſicut ſi homo ē riſibile. riſibile
autem non poteſt eē non admiratiuū ſequiť
ꝙ quidā hō non poſſit eē ñ admiratiuū. Et ſi
homo eſt album. album autem non eſt non
coloꝛatum ſequitur ꝙ homo non eſt non col
loꝛatum ⁊ ſic eſt in omnibus. ⁊ hoc pꝛincipio
vtimur ad ponēdam rc̄am lineam pꝛedica
mentalem ⁊ ad ſciendum que extra lineam
ſunt pꝛedicamentalem. Ex his autem faci-
le patet ꝙ non ſequitur. quidam homo ē ho
mo. homo eſt ſpecies. ergo quidam homo ē
ſpecies ⁊ homo ē animal. ⁊ animal eſt genꝰ
ergo homo eſt genus. non enim ſpecies pꝛe
dicatur de homine. ut ſubiecto. ſm̄ rectum
oꝛdinem pꝛedicamentalem. ſed pꝛedicatur
de ipſo ut accidēs extraneum ab hoc oꝛdine
⁊ ideo in tali argumento eſt falacia acciden-
tis. Et per hoc etiaȝ pꝛincipiū. pꝛima figura
īueniet ī ſilogiſmis. ſicut patebit in doctrina
pꝛioꝛum analeticoꝛum. Alterum autȝ pꝛi
cipium eſt ꝙ diuerſoꝛum generum. ⁊ nō ſub
alternatim poſitoꝛum. diuerſe ſunt ſpecies.
⁊ differentie ſicut enim diuerſa ſunt genera
al' ⁊ ſcientia ſecundum diuerſa pꝛedicamen
ta. vnum enim eſt genus in pꝛedicamento
qualitatis. ⁊ non ſunt ī eadem pꝛedicamēti
linea ſubalternatim poſita. ita ꝙ vnum ſub
altero directe ꝯtineatur ⁊ non habent diuer
ſas differētias non ad ſe inicem ut in finis.
⁊ ſuperius oꝛdinatas. Animalis enim ſpēs
ſunt homo ⁊ equs. differentie autē ut greſſi
bile quadrupes ⁊ volatile. Scientia uero nl
lam harum ſpērum uel differētiarum eſt.
hec ſpecies ſcientie ſunt grāmatica logica. et
phiſica. differentie uero demōſtratiuū opīa
bile ꝓbabile. ⁊ huꝰmōi. Scientia enim vna
nō differt ab alia ī eo ꝙ vna bipes ſit ⁊ alia
non. ſed uolatiuū ⁊ ſimiliter eſt de omnibus
generibus non ſubalternatim poſitis que ñ
in eadem linea ꝯtinentur pꝛedicamentali.
Ad hec tamen que dicta ſunt inſtātie feruntť
ſed ſophiſtice ſunt. quarum pꝛima eſt de coꝛ
poꝛe qō poniť ſpecies ſubſtantie ⁊ ſpecies q̄
titatis que ſunt diuerſa genera. ⁊ non ſubal-
ternatim poſita. Secūda eſt de ſcientia que
ponitur ⁊ ſpecies qualitatis ⁊ relationis.
Tertia eſt de quadrato quod eſt differentia
figure ut ī ſecundo euclidis dicitur ⁊ eſt diffe
rentia numeri. ut ſcd̄o ariſmetrice. Quarta
eſt de rectāglō. qō ponitur differentia trian
guli vt patet ī pꝛimo euclidis. ⁊ ponitur dif
ferentia quadranguli. vt patet euclidis ſcd̄o
Omnes autē iſte inſtantie ſunt ſophiſtice qȝ
coꝛpus ſecūdum ꝙ eſt ſpecies ſubſtantie. et
ſcd̄m quod eſt ſpecies q̄titatis equiuocum
eſt ⁊ non ſumitur ſecundum vnam rationeȝ
Coꝛpus enim quod eſt in genere ſubſtantie
eſt ſubſtantia menſurata tribus diametris.
ad rectos angulos ſe ſecātes. Secundum
autem quod eſt in genere quantitatis eſt ip
ſa trina dimenſio. Similiter ſcientia relata
ad ſcibile ſpecies eſt relationis ⁊ ſecundum
ꝙ eſt qualitas ſcientis eſt in genere qualita
tis. Quadratum autem nō dicitur de nume
ris non tranſūptiue ⁊ non pꝛopꝛie. Similiť
autem ⁊ rectangulum nō eodem modo dici
tur de triangulo. ⁊ de quadrangulo. quadrā
gulo eniȝ cōuenit per ſe et ſemp trīglō. aut
accidit queritur enim triangulo ⁊ per accn̄s
Quidam etiam inſtant de rationali quod ut
dn̄t conuenit moꝛtali ⁊ inmoꝛtali vt dictuȝ
eſt in ſcientia de vniuerſalibus. Sed ad hoc
quidam dicūtur ꝙ alterna ⁊ ſubalterna ſūt
ſubalternatim poſita ⁊ in eadem linea pꝛedi
camentali quamuis enim vnum hoꝛum ſb̄
altero non ponatur. tamē ambo ponuntur
ſub eodem genere ſuperioꝛum ſicut ſub ſub
ſtantia. ⁊ ita intelligitur quando dicitur nō
ſubalternatim poſitoꝛum ita ꝙ ſit ſenſus di
uerſoꝛum generum ⁊ non ſubalternatim po
ſitoꝛum. hoc eſt non ſub eodem communi ꝙ
ſupꝛa ipſa ſit poſitoꝛum. ⁊ ita opoꝛtet dicere
ſecundum ſtoicos ⁊ epicuros in veritate. tū
rationale non conuenit īcoꝛpoꝛeo ⁊ coꝛpoꝛeo
ſecundum vnam ⁊ eandem rationem ſȝ hoc
determinare eſt libri cauſarum. Subalter
noꝛum uero generum quoꝛum uel vnū po
nit ſub altero vel ambo ponūtur ſub vno ſu
perioꝛi communi genere nihil pꝛohibet eaſ
dem eſſe differentias. Superioꝛa enim ge
nera de inferioꝛibus pꝛedicantur pꝛopter ꝙ
ſecundum pꝛincipium pꝛius inductum. que
cunqȝ pꝛedicantur de ipſo pꝛedicato differē
tie vt diuiſiue pꝛedicantur etiam de ſubiec
to vt conſtitutiue. Sed diuiſiue de genere
pꝛedicantur ſub diſiunctione vt ſubſtantia
aut coꝛpoꝛea. aut incoꝛpoꝛea de ſpecie autȝ
ſuppoſita altera differentiarum pꝛedicatur
vt conſtitutiua vt de coꝛpoꝛe coꝛpoꝛeum. et
de animali animatum. ſenſibile hec igiť ſūt

que vt ſuppoſitiones premittere volumus
ordinationi predicabilium.

His ita premiſſis iam genera ad qua
predicabilium vniuerſitas reduci
habet inueniemus. dicimus igitur
quod eorum que ſecundum nullaȝ
complexionem dicuntur. ita quod nec habēt
complexionem orationis perfecte. nec inper
fecte. nec complexionem diffinitionis. ſȝ ſim
pliciter incomplexa ſunt vnū tantum ſigni
ficantes. ⁊ nihil cum ipſo. ſingulum ſecūduȝ
ſe ipſuȝ i indiuiſibili acceptum aut ſubſtanti
am ſignificat. aut quantitatem. aut qualita
tem. aut ad aliquid. aut vbi. aut quando. āt
ſitum eſſe. aut habitum. aut facere. aut pati
ſignificat. horum autem vt figura ſr ſiue ſu
perficialiter per extra poſitionem ſit maniſe
ſtatio eſt. Subſtantia quidem vt homo ⁊
quecunqȝ res per ſe extñs. quantitas autem
vt bicubitum et tricubitum ⁊ quodlibet qđ
comune vel diſcrete menſurat magnitudi
nem vel multitudinem. Qualitas vero eſt
vt album vel nigrum. ⁊ huiuſmodi. ad ali
qđ autem ſiue relatiuū vt duplum. dimidi
um equale maius ⁊ minus. ⁊ huius. vbi vͦo
vt in loco ſicut in foro vel in theatro vel ſur
ſum ⁊ deorſum ⁊ huiuſmodi. quando vero.
vt heri vel hodie ⁊ cras. vel olim ⁊ nunc. ⁊
huiuſmodi. ſitum vero eē vel poſitum eſſe
vt ſedet iacet ſtat ⁊ huiuſmodi habere autē
vt calciatus. tunicatus. armatus. ⁊ hꝰmōi
facere vero vt ſecare. vel vrere pati vͦo eſt
vt ſecari vel vri caleffieri i frigidari vel hu
iuſmodi. Ad hec omnia habent reduci ꝑ
dicabilia ſicut ad prius ſue coordinatiōis ge
nera ⁊ prima rerū illius principia. quamuis
enim multi laborauerunt. vt rationem po
nant. quare numerus principiorum omniū
rerum ſtat in. x. nos quātū poſſumus ſtude
bimus ex propriis horum generum modis
predicandi oſtendere huius numeri ratio
nem. notandum igitur eſt ꝙ iſte numerus
non eſt niſi predicabilium que vt vniuerſa
lia de ſubiectis predicantur. propter quod
ſi aliquid eſt quod de nullo predicaꝛ vt vni
uerſale nec de ipſo poteſt aliquid predicari
vt de ſubiecto ⁊ particulari. vel ſpecie illud
non eſt in aliquo iſtorum generum. ſȝ eſt an
te hec. ⁊ cauſa omnium iſtorum ſicut cauſa
prima deus ſcilicet excedens omnia qui nec
eſt vniuerſale. nec particulare. nec ſpecies.
nec genus nec differentia nec potētia. nec ac
tus alicuius. ⁊ vere non eſt aliquid vt eſſen
tia vel vt accidens alicuius. ſed eſt omniuȝ
efficiens ⁊ tale principium per ſuam ſcienti
am actiuam. ⁊ per intellectum vniſ agentē
hec autem in libro de cauſis habēt probari.
Si que etiā ſunt forme ſeperate res forman
tes ⁊ a rebus ſeparate nullomō miſcibiles
ad quas ipſe res ſicut ad ſigilla quedam for
mantur ⁊ rebus non in ſunt ſicut dixit plato
ille de rebus non predicantur eo ꝙ nihil ſūt
rerum Et non poteſt aliquid de aliquo predi
cari quod nihil ipſius ē Ille etiam modo nō
ſunt in genere nec ad aliquod genus reduci
biles ⁊ ſi dicunꝭ ſubſtantie erit equiuocuȝ no
men ſubſtantie ad iſtas ſubſtantias. hoc aūt
in prima phīa hȝ determinari. omnia auteȝ
que vniuerſalia ſunt. uel vniuerſalium ſub
iecta quecunqȝ aliquo modo ſunt in quibuſ
dam. ⁊ in quibus ut in ſubiectis ſunt quo
cunqȝ mō illa reducuntur ad iſta qnqȝ gene
ra que ſunt numerata ⁊ exeunt ab eis ſicut a
primis ſuis eſſentialibus principiis. Sunt
iterum quedam non ad vnum genus redu
cibilia. ſed ſunt in omnibus ſicut ens. ⁊ vnū
⁊ res ⁊ aliquid que dicuntur non genera. ſȝ
vt principia quedam per prius ⁊ poſterius.
de generibus illis dicta. Et iſta genera pri
me partes dicuntur illorum ⁊ non illa nec
equaliter predicantur de iſtis. ſed ſecundū
prius ⁊ poſterius dicta. ita quod ſunt in vno
recte ⁊ vere ⁊ non ſunt in aliis niſi per anolo
giaȝ ⁊ proportionem habitudinis qua ſe ha
bent ad vnum principium. Aliqua
etiam ſunt in pluribus generibus. ſed i quo
cunqȝ ſunt vere illius generis. ſicut motus
qui in loco eſt vbi fluens in qualitate quale
fluens in quantitate quantum fluens. Et
ipſa mutatio in ſubſtantia eſt aliquo modo
ſubſtantia fluēs. His ita prelibatis dicimꝰ
quod predicabile de aliquo aut eſt ſubſtan
tia aut eſt accidens ⁊ hec diuiſio eſt per oppo
ſita immediate que reducuntur ad affirma
tionem ⁊ negationem ſicut ens per ſe. ⁊ non
per ſe. ens autem per ſe. ut per ſe ens predi
cabile eſt ſubſtantia ⁊ eſt genus omnium pri
mum ⁊ aliorum omnium quoddaȝ princip
ium. Ens autem non per ſe predicabile vel
ſubiicibile eſt accidens de neceſſitate ⁊ hoc ē
ens in alio vt in ſubiecto quod in duo ſecūdū
Ariſtotē. diuidi habet. Accidens quidem āt
eſt accidens ſecundum in eſſe. aut ſecundum
aliquem modum ad aliud ſe habere. Si āt
eſt accidens ſiue aliquod cadens ſecundum
abſolute in eſſe. tunc autem in eſt ſecunduȝ
materiaȝ que potētia diuiſibilis eſt ⁊ extenſi
bilis ⁊ numerabilis ad formarum ſusceptio
nem que inquantum potētia primo inenitur
in materia. aut in eſt abſolute ſecundum po
tētiam forme. que eſt perfectiua materie ad
actum ⁊ operationem. Si auteȝ primo mo
do ineſt. tunc eſt qualitas que diſpoſitio ē ſub
ſtantie ad operationes aliquas et ad actus.
Si autem non eſt accidens ſecundum eſſe

abſolutum hoc cadit ad ſubſtantiam ſcd̄m id quod eſt aliquo modo habere ſe ſubſtantiam ad aliud. tunc non poteſt eē niſi duobus modis. aut enim id aliquo modo ſe habere ad aliud cauſatur a ſubſtãtia comperata ad aliud. aut ab illo extrinſeco cōperato ad ſubſtantiam de qua predicatur. ſi primo modo tunc iterum non eſt niſi duobus modis. aut enim eſt in comperatione ſimplici ad aliud autem ſecundum comperationem partium ad totum in ſe ipſo conſideratum. ⁊ ſi eſt ſecūdo modo eſt ſitus vel poſitio. Si autem eſt primo modo aut ſecundum comperationē ortam a forma aut ſecundum comperatiōē ortam a toto ſimul. Et ſi eſt predicabile ſecundum comperationem ortam a forma eſt actio. vnde dicit Auerois in comento ſuper phiſicam Ariſto. ꝙ actio nihil aliud eſt niſi comperatio agentis ad paciens. Si autem comperatio illa eſt orta a materia tunc ē pati. propter quod idez Auerois dicit ꝙ paſſio eſt comperatio pacientis ad agens ſecundū ꝙ agens eſt. Si autem oritur a toto non poteſt oriri niſi per aliquem actum totius quo naſcitur comperatio illa. ⁊ tunc eſt ad aliqd ſiue relatio. ſi autem oritur comperatio ab aliquo extrinſeco comperato ad ſubiectum. de quo fit predicatio. illud extrinſecum aut eſt adiacens tantum. aut adiacens ⁊ applicatum. Si autem eſt adiacens tantum. ⁊ ex adiacentia ſimplici comperatum. aut eſt adiacens ei quod eſt eſſe quod eſt cum motu ⁊ eſſe diſtenſo. ſi primo quidem eſt ortum ab adiacentia extrinſeca tunc eſt vbi. Si autez comperatio eſt orta ab adiacentia extrinſeci ſecundo modo. tunc eſt predicamentum quādo. ſi autem oritur ab adiacente extrinſeco ⁊ applicato tunc eſt predicamentum habitꝰ nec pñt plam predicari ſecundum adiacentiam extrinſecam. Eſt autem aduertendum ꝙ ſingula eorum que dicta ſunt. quando vt ſingula ⁊ incomplexa accipiūtur in nulla dicuntur affirmatione vel negatione. q̄r affirmatio non eſt niſi vnius predicati de aliquo negatio autem non eſt niſi diuiſionis oſtenſio diuiſionis dico alicuius ab aliquo. horuz. n. predicabilium complexione vel compoſitione ad inuicem fit affirmatio vel negatio. et ſine huius termini non poteſt. propter quod affirmatio ⁊ negatio non ſunt formaliter et actualiter in rebus. ſed in anima ſiue intellectu componente aliquid cuz aliquo vel diuidente aliquid ab aliquo. propter quod om̄is affirmatio videtur vera eſſe vel falſa ⁊ ſiĺr omnis negatio propter quod etiam in q̄nto p̄me philoſophie dicitur ꝙ veruz ⁊ falſūz ſūt in anima ⁊ non in rebus ⁊ hoc eſt verum de hoc vero quod eſt adequatio rerum complexarum cum intellectu componente vel diuidente. Ea autem que ſunt de numero corū que ſecundum nullam complexionem dicūtur ſed incomplexo ⁊ indiuiſibili intuitu itellectus accipiunť hoc modo veritatis vel falſitatis neq̄z vera ſunt neq̄z falſa. incomplexa autem ſunt vt homo album currit. poſſunt tamen alio modo eſſe vera vel falſa ſecūduz ꝙ verum dicimus purum aliene nature nō permixtum. vel exiſtens ⁊ non apparens tātum ſicut dicimus vex auruz aliene nature non permixtum ⁊ dicimus verum eſſe ⁊ in veritate quod ita exiſtit ſecundum actum ſicut apparet. Et dicimus pānum fantaſma eſſe quod apparet ⁊ nō exiſtit ſicut fantaſmata ⁊ ſōnia ⁊ melancolicis viſa. verum enim ſic cum ente ↄuertitur in puro ⁊ vano. hic eſt ipſe Ariſto. in tertio de anima dicit ꝙ intelligentia indiuiſibilium eſt in quibus non eſt verum. in quibus autem verum eſt ⁊ falſum eſt iam ↄpoſitio quedam ītellectiuū eſt.

Jam de predicabilibus ſecundum ordinationem eorum ad vnum q̄d eſt generaliſſimum i ordine illo tractandum eſt. q̄r ant omnium. pria eſt ſubſtantia. ideo primo de ſubſtantia dicamus. Eſt autem ſubſtantie triplex conſideratio vna quidem ſecundum ꝙ ſubſtantia ē pars entis prima ⁊ principalis que in ſe vera eſt ⁊ cauſa eſt omnibus aliis exiſtentibus Secunda autem ſecundum ꝙ ſubſtantia p̄dicabile eſt primum ad quod eſt reductio oīum predicabilium ſue coordinationis. Tertia autem ſecundum ꝙ ſubſtantia primum ſubiectum eſt ad quod ſicut ad ſubiectum oīnium quocunq̄z modo predicabilium eſt reductio ſicut ad id de quo eſt predicatio. ¶Primo quidem igitur modo ſubſtantia eſt ens per ſe exiſtens. nec in alio nec ab alio ſue exiſtentie cauſam hñs. ⁊ hoc modo ſubſtantia eſt primum ⁊ vere ens. ⁊ eſt eſſentia inuariabilis et incorruptibilis que omnibus aliis cauſa eſt exiſtendi. Eſt autem actus ſimplex prime cauſe per quem omnia ſubſiſtunt que per ſe ſunt. ⁊ habet actum ad ſimilitudinez ſubſtantie ſue producit prima cauſa ⁊ eſt per ſe exiſtens q̄r non per aliud vel ab alio eſt ꝙ ſit cauſatum ſed ipſum eſt cauſatum primū in modo exiſtendi ad ſimilitudinem prime ſubſtantie productum. Et hec ſubſtātia ſimplex eſt eſſentia ſicut habetur ex libro cauſarum. Et hec ſubſtantia ſecundum proceſſuz materialitatem ⁊ variabilitatem ⁊ particularitatem quorum nihil habet ſecundum ꝙ in prima cauſa eſt. ⁊ ſecundum hoc ꝙ eſt ab ipſa. ⁊ ſic de ſubſtantia agitur vbi ſenſibilis ſubſtantia ad inſenſibilem reducitur ⁊ inſenſibilis ad intellectualem ⁊ intellectualis ad

dinam cuius tractatus de ſubſtantia ꝑtinet
ad primum phm̃. Secũdo mõ ſubſtãtia ē ꝑ
mũ cõe predicabile. ad q̃d oē predicabile q̃d
ē ſubſtãtia reducit᷑. Et qꝛ nihil predicat᷑ de
aliquo niſi q̃d eſt totũ ipſum. ⁊ forma totius
que totũ dicit ipſum. ⁊ eē ipſius q̃d eſt ī potē
tia vel actu. Cum ſb̃m autē primũ ī ſb̃a de
quo oīa alia predicant᷑ ſit ꝯpoſitũ opꝫ ꝙ et ꝓ
prium primũ predicatũ ſit ꝯpoſitũ ⁊ forma
totius totum eē totius dicēs ſm ꝙ ē ipſi⁹ to
tũ in quo predicato pōt deſignare. et hec eſt
ſubſtãtia de qua ītendit logicus. hec autē ſb
ſtantia ē primũ ꝙ ſupponit᷑ vel ſubicit᷑ in to
ta coordinatione eoꝝ que ſubſtãtia dicit᷑ for
male d̃ſas in ſpēs ⁊ genera ſubalterna p or
dinē deſcenſus ⁊ ſpēs ſpēaliſſimas. ⁊ indiui
dua. hoc enim ē genus formale in oīa que ſũt
ſue coordinationis genera ⁊ ſpēs ī diuidua ⁊
cuilibet pōt patere ꝙ hec totius illius coordi
nationis ē primũ principiũ ⁊ eſt ꝯpoſitũ qꝛ
aliter nō eēt in ſe ꝑ ſe exñs. Eſt autē ꝯpoſitũ
formale a forma que dicit totũ eē ſecũdum
primã notionē ſb̃e ī qua rō ſubſtãtie intelligi
pōt. ſi autē querit᷑ que ſint ꝯponentia ipſum
cũ nihil hēat ante ſe ex quo ꝯponi poſſit. dicē
duꝫ ꝙ nihil extrinſecum ei ante ſe habet in
tra ſe tamẽ habꝫ intellectũ ꝯponētium ipſuꝫ
Eſt enim ens ⁊ ē ꝑ ſe q̃d addit ſuꝑ ens intel
lectualē ꝯpoſitionē qꝛ ex ente ē ⁊ ex eo ꝙ eſt ꝑ
ſe ē hoc. Et vt dicit Boeti⁹ aliud habꝫ quo
eſt aliquid. aliud habet quo hoc eſt. ⁊ hec eſt
forma ꝯpõnis eius qꝛ nihil habꝫ materie ꝗꝫ
uis hēat id q̃d eſt ⁊ eē. Et hec ē prima notio
ſubſtãtie que de omnibus predicat᷑ que in re
cta linea predicamētali ſunt ī predicamento
ſubſtãtie. Sũt tñ que dicunt᷑ ſubſtãtie nō qꝛ
ꝙ hãc ſubſtãtie recipiãt vel ꝑticipãt rõneꝫ ſꝫ
qꝛ ſunt principia eēntialiter ꝯſtituētia ſubſtã
tiã ſicut forma dicit᷑ ſubſtãtia ⁊ materia dr̃
ſubſtãtia vt dicit Ariſto. in ſecũdo phiſicoꝝ
Sed hec nō ſũt ī ſubſtantia ſm rectũ ordinē
ꝑdicamēti. ſꝫ reducũtur ad ſubſtãtiã vt prin
cipia ſubſtãtie. ꝑ hãc dignitatē q̃d nihil ꝑ ſui
eēntiã facit ſubſtãtiã nō ſb̃a hoc igit᷑ mõ ſub
ſtãtia ꝯſiderat᷑ a logico. ⁊ ē p̃mtie intentionis
Tertio aũt mõ ſubſtãtia dicit᷑ ab actu ſubſtã
di. ⁊ tũc dicit᷑ ſubſtãtia que ꝑ ſe ſubſtat. ⁊ oī
bus aliis que ſubſtãt dat quod ſubſtãt. ⁊ hoc
mõ ſb̃a ī diuidua ē ſb̃a ſola. a qua tñ nulla vt
inferius patebit ē ꝑdicatio. ſed oīs ſubicibi
litas oīuꝫ que quibuſcũqꝫ ſubiciunt᷑ ē ab' ipa
Et qꝛ nos ī hoc libro ītendimus de predica
biliũ ſm ſuas coordinationes reductiõe ad
vnũ. iō hñt ſubſtãtiã primã oꝫ ponere que tñ
vltima ē ſecũdũ ordine primo ⁊ ſcd̃o modo
dicte ſubſtãtie. Scd̃m ergo primã ītētioneꝫ
ſubſtãtia ē eēntia que. nec genus. nec ſpēs.
nec ī diuiduũ. ſꝫ ē ſimplex. ſcd̃o autē mõ dic
tã ſubſtãtia ꝯpoſita ē. ⁊ ē primũ genus oībus
ſequētibus d̃ñis formabile ⁊ determinabi-
le ad eē ſpēꝝ ⁊ ī diuiduoꝝ Tertio autē modo
dicta ſb̃a ē determinata materia ⁊ ſupꝑficie.
⁊ loco ad hoc ſingulare vel illd̃. Et p̃io q̃dē
modo ſb̃ſtãtia nec ē quale quid nec hoc aliq̃d
ſed ſimplex eſſentia. Secũdo autē modo eſt
ſubſtãtia quale quid ab eo q̃d format᷑ habēs
quid. ⁊ a formãte hñs quale. Scd̃o aũt mõ
eſt hoc aliquid. Principia autē ſubſtãtie ꝓ
pria ſũt id q̃d eſt q̃d ⁊ formabile q̃d ē nō mõ
materia quidē. ſed materie ꝓ portionē ha
bens ī eo ꝙ ſuſtinet ſe formãs. ⁊ ī eo ꝙ forma
bile ē ⁊ ſcd̃m principiũ q̃d ē dãs eſſe hñs ꝓ
portionem ad actũ forme. qui ē determinat᷑
ad eē ⁊ finire ⁊ diſtinguere ſicut dicũt Aui.
⁊ Alfarabius. Hec aũt que dicta ſũt. valde
notanda ſunt. qꝛ ſoluunt᷑ ꝑ ea multe q̃ões
hic igit᷑ tertio ⁊ ſecũdo mõ tractabimus de
ſb̃a primũ mõꝫ primo ph̃o relinquētes.

Incipiētes igit᷑ a prima ſubſtãtia di
cimus ꝙ ſb̃a q̃ ꝓprie ⁊ principalr̃. et
maxie ⁊ tertio mõ ſb̃a dr̃. ē ꝙ nec de
aliquo ſibi directo ſubiecto ī quo ſit ꝑ naturã
⁊ ītellectũ ꝑdicat᷑. nec eē ī ſb̃o aliquo. Et ꝑ hoc
q̃d dr̃ proprie ſb̃a excludit᷑ ſb̃a que nō ē ꝓꝓe
ſb̃a. ſꝫ ſb̃ale primũ ī quolibꝫ genere ſicut co-
lor ſb̃ale ē albedini ⁊ mēſura ſb̃alis ē pedis.
vel cubiti vel alicuius alterius ſpēi mēſure
Dicit᷑ aũt principalr̃ ad ſe ſubſtãtie excluſi-
onē que nō ſb̃a ē ab actu ſubſtãdi dicta non ꝑ
primã ſb̃aꝫ. ⁊ dicitur maxime eo ꝙ pluribus
ſubſtat ꝗꝫ aliqua alia qꝛ ſubſtat ꝯiter accidē
tibus que nō ſũt nō accñtia indiuidui. ꝑ hoc
ãt ꝙ de ſb̃o nō dr̃ hꝫ ꝙ ē indiuidua vere ī na
tura ſm actũ exñs. ⁊ nō hꝫ actus ītellectus
exñiaꝫ vt vl̃e. per hoc aũt ꝙ nō ē ī ſb̃o hꝫ q̃d
ē ꝑ ſe ens ⁊ nō ī alio nec ab alio exñiam hñs
ſed igit᷑ ē prima ſb̃a cuius exēplũ eſt vt aliq̃s
homo vel aliquis equs. ꝙ autem per nega
tionem diffinit᷑ cũ dr̃ que nꝫ de ſb̃o dr̃ neqꝫ ī
ſb̃o ē. cã eſt qꝛ ſicut prima ē ī ſubſtãdo. ita vl
tima eſt in eſſendo. Et ideo in ſubſtando per
affirmationē affirmãtem aliquid q̃d ſibi cã
eēt ſubſtãdi diffiniri non potuit. nec etiaꝫ po
tuit diffiniri per aliquid ꝙ ſibi eſſet cã ō ali
quo ꝑdicandi qꝛ de nullo predicatur vltimũ
enim ī ordine eſſendi non poteſt habere ali
quid ſub ſe cui eſſentialiter inſit. in eſſe autē
eſſentialit᷑ cã eſt ꝙ aliq̃d de aliquo vt gen⁹ vl᷑
ſpēs eēnalit᷑ ꝑdicet᷑. ꝑfectum autē eē in actu
vltimo ſcd̃m naturã ⁊ ſuſtentãs omnia. alia
cã eſt ꝙ in vllo ſit vt accidens. his ergo de
cãis ſic ꝑ duas negationes oportuit ipſã dif-
finiri que tamẽ negationes infinite non ſunt
quia fite ſunt ab his que in eadem diffinitio
ne ponuntur. Attende autem quod non
eſt idem non dici de ſubiecto. et dici non de

ſubiecto non dici de ſubiecto.n.ē qd dici qui
dem pōt et predicari ſed non hʒ ſub ſe ī quo
ſit eēntialiter ſecūdum ordinem linee p̄dica
menti de quo predicetur. Dici āt non de
ſbo hoc ē ꝙ a prima ſba nulla ē ordinata pre
dicatio.iō dr̄ ꝙ neqʒ de ſbo ē.qꝛ āt nullo mō
ſibi conuenit ineē cum oīa alia ſibi inſint.et
ſaluentur in eē nature per hoc ꝙ ſibi inſunt
aliquo mō.ideo impoſſibile fuit ipaʒ primā
ſbam ineē alicui.Et ſicut diximus hoc ſbe
ꝓprie et non appropriate ꝙ.n.nō ꝓprie ſʒ
appropriate ſba ē et non ſcđm naturā et ſm
eēntialitatem ſuam ſba ē ſed hʒ ad id qd eſt
quedam ſba ꝓporcionalitatem ſicut color ſe
hʒ ad albedinem qn̄ diffinitur albedo. et iō
dicit ariſtotiles in quinto uel primo topico
rū ꝙ ſiquis albedine poſita dixerit p diffōēʒ
ꝙ ꝓbatum ē colorem eē quid ē dicit .ſʒ qua
le ſignificat. Non.n.ē ſba ſed ꝓportionem
hʒ ad ſbam que ē cā ſbe p hoc ꝙ in diffōne
ſpeciei eēntialiter ē ſicut genus in ſpecie. et
hoc ē per ſiſitudinem ꝓportionis ⁊ non p'na
ture ueritatem. Cum uero dr̄ principaliter
ſba principale dr̄ id qd ē primum et per ſe
non per aliud neqʒ per accidens ſubſtandi ⁊
fundandi principiū.hoc .n.non hʒ ab alio ſi
cut ſba ſcđa ab alio hʒ ꝙ ſubſtat.non quideʒ
ꝙ in ea ſit niſi in potētia.qꝛ prima ſba non ē
in ſcđa neqʒ ſcđm actū neqʒ ſcđm itellectū.
ſed hʒ a prima ſba ſm ꝙ ipſa que dr̄ ſecūda
ſba quedā notio ē totius prime ſbe totū eſſe
ſuum dicens in potētia nō in actu.i actu.n.
non dr̄ totum eē ipſius niſi in noīe īdiuidui
potētia āt ē ab actu aliquo primo in ordine
rex oīum ⁊ generx.Et ſicut diximus magis
dr̄ qꝛ oībus que inſunt ſubſtat quocūqʒ mō
aliquid ſit in aliquo et ſaluat ineē oīa ſm na
turam ꝙ ſolum eē ē perfectum ⁊ verx.⁊ tale
eē non hʒ ſcđa ſba ꝓut ſcđa ſba ē.et iō in ta
li eē fundare non pōt aliquid. Qđ aūt in dif
finitione ponitur dr̄ et non ponitur ē cā ē qꝛ
diffinitio datur de ſba ſm ꝙ innoteſcit per
nomen ſbe ⁊ non datur ſcđm principia que
ſbam in eſſe ſbe conſtituunt ſcđʒ āt ꝙ innote
ſcit in nomine magis conuenit dici ꝙ̄ eē .ex
empla autē non ſunt poſita de indiuiduo ſi
gnato ſed de indiuiduo uago.iō qꝛ hoc indi
uiduum hʒ aliquid de natura ſpeciei ut in
ſcīa de vlibus diximus et iō attingit naturā
incorruptionis et eternitatis ⁊ ſic magis cō
uenit ſcīe.aliter.n.deſcendentem a genera
liſſimis uſqʒ ad ſpecialiſſima iubet plato qe
ſcere.et ꝙ de talibus propter ſuam infinita
tem non pōt eē diſciplina .hʒ ēt indiuiduuʒ
uagum aliquid de ſpeciei predicatione .pro
pter quod in doctrina predicabilium cōue
nientius ē exemplum per indiuiduum va
gum ꝙ̄ per indiuiduum ſignatum.hoc ē igi
tur ſba ad quam ē oīum aliorum predicabi
lium reductio.⁊ non ē ſubſtantia ſecūda ad
quod oīa reduci poſſunt.⁊ iō dicitur eē pria
⁊ in ordine reductionis omnium ad vnum
primam ipſam eē neceſſe ē hoc igitur ſic dic
ta prima ſubſtantia.

Secunde uero ſubſtātie dicunt ſpeci
es in quibus ille que principaliter
ſubſtātie dicuntur inſunt ſicut con
tentum ē in cōi ꝯtinente qd ſuppoſita ſua ut
partes continet ſubiectiuas.ſicut ſpecies cō
tinet indiuidua que ſunt ſub ipſa ſpecie ergo
ſpecies ſunt ſecunde ſubſtantie ⁊ genera ipſa
rum que ipſas ſpecies continent ſunt ſecūde
ſubſtantie. vt aliquis homo in ſpecie quidē
eſt in homine contentum . cum autem ſit
animal ſpeciei illius genus erit etiam i ani
mali ſicut in genere.et ideo animal eſt ſecū
da ſubſtantia. Secunde igitur ſubſtātie
dicuntur ut homo ſpecies et animal genus
et ſic eſt de omnibus aliis ſpeciebus et gene
ribus. Attendendum autem quod ſecūdū
ueritatem ſunt tres ſubſtantie formales

Sunt enim forme que ſunt tantum for
mantes . et ille ſunt prime forme proceden
tes a lumine agentis intellectus ad rei con
ſtitutionem . ſicut lumen quod ē coloris for
malis et ſubſtantialis cauſa procedens ad
corpus terminatum in perſpicuo. Et ſūt
forme ſubſtantiales que ſunt cum eo ingre
dientes in eſſe rei et conſtituentes .que ſunt
ſicut lumen cauſa coloris qui iam diffundi
tur in ſuperficie perſpicui . et ille ſunt coniū
cte ſubſtantie formales rei ipſius . que ſub
ſtantialiter eſt conſtituta. Et ſimiliter
ſubſtantie formales que ſunt rem conſtituē
tes que ſunt ſicut color eſt imutatiuus uiſus
vel motiuus ſecundum actum lucidi ſiue p
ſpicui . qui abſtractus a colorato corpore
determinato ſecundum eſſe ſpirituale eſt i
perſpicuo et ſecundum eſſe ſpeciei et anima
le ſiue intentionale eſt in oculo percipiente
colorem. Prime igitur magis ſunt fa
cientes uirtutem cauſatiuam ſiue formati
uam habentes a lumine intellectus agen
tis et iſte de re conſtituta non predicantur.

Secunde autem forme ſunt materiaʒ
et compoſitum perficientes . in compoſito
quieſcentes . et ideo non predicantur de re
in qua ſunt ſicut nec prime. Tertie ſunt
a rebus abſtracte .et ſunt rerum conſtituta
rum intentiones et notiones . et ideo pre
dicantur de ipſis nomine et ratione . prop
ter quod etiam ſecunde ſubſtantie dicuntur
non quia ſimpliciter ſubſtantie ſint ſicut pri
me ſed quia ſunt ſecunde . hoc eſt hoc ſecun
do loco ſubſtātie ſicut prīe ſbe dicunt prīe . ꝙ

primo loco uel ordine dicuntur ſubſtãtie per
fectam participantes ſubſtantie rationem.
Ad perfectam autem ſubſtantiam et ra
tionem perfecte ſubſtantie tria requirũtur.
quorum vnum et primum eſt quod perfec
tiſſimum eẽ in natura et actu habeat et nõ
eſſe intentionale vel intellectuale tantum.
et hoc eſſe non habent ſpecies et genera ſe
cundum quod huius. Secundum autẽ
eſt quod ſecũdum ſe ſubſtet. et in ſe fundent
ad eſſe quecunque ſunt rerum hoc nõ habẽt
ſecunde ſubſtantie quia fundantur ĩ primis
et non fundant eas in eſſe. Tertium eſt.
quod aliis fundandi et ſubſtanti uirtutẽ tri
buant. ſicut quod ſecunde ſubſtantie cõſeqn
ter ſubſtant accidentibus conſequenter ha
bent a primis. Conſequenter autem dico.
quia ſicut in generatione hic generat hũc ſe
cundum naturam. ſed quia hic generans ẽ
homo et hic generatus eſt homo ideo conſe
quenter ſequitur quod homo generat homi
nem. ita hic homo eſt albus. et quia hic eſt
homo et hoc album eſt albuꝫ. ideo ſequitur
quod homo eſt albus. cum tamẽ altedo ſit
de accidentibus indiuidui et non de accidẽ
tibus ſpeciei nec accidit ſpeciei niſi differen
ti a indiuidui et ſic non eſt de proprio quia ſe
cundum naturaꝫ proprii primo accidit ſpe
ciei. et per ſpeciem uenit ad indiuiduuꝫ.
Sic ergo ſecunda ſubſtantia dicitur qđ
ſecundo ſtat ut ſubſtantia cõmunis nõ equa
liter predicetur de prima ſubſtantia et de ſe
cunda ut cum dicitur ſubſtantiarũ alia pri
ma alia ſecunda ſit diuiſo multipliciter dic
ti ſecundum hoc quod ſubſtãtia dicitur ab
actu et cauſa ſubſtandi et in hac intentione
hic dicitur ſubſtantia. aut ſequeretur nõ eſ
ſe uerum quod in ſequentibus probabitur.
quod ſcilicet deſtructis primis ſubſtantiis
impoſſibile ſit aliquid illorum remanere.
Obicitur tamen ſophiſtice contra ea q̃
dicta ſunt. quia prius ſunt que ſunt cauſe et
diffinientia quã cauſa et diffinita. ſecunde
autem ſubſtantie ſunt cauſe quare ſubſtãtie
ſunt prime ſubſtantie. ſunt enim genera dif
finientia ſpecies. ſpecies autem ſunt totum
eẽ fortuale et formaliter ſubſtantiale indiui
duorum. videtur ergo ꝙ ille que ſunt ſubſtã
tie ſcđe uocate ſũt prime et que ſunt prime
uocate ſunt ſecunde. Et ad hoc dicunt ſo
phiſtice quidam quod ſecundum ordinem
et rationem eſſendi proculdubio ille que di
cuntur ſecunde ſunt prime. ſicut probat ob
iectio. et ille que ſunt prime uocate ſunt ſecũ
de. ſed ſecundum actum ſubſtandi et ſubſi
ſtendi indiuidua ſubſtantie ſunt prime ſub
ſtantie ⁊ ſpecies et genera ſunt ſecunde.
Sed aliter dicendum eſt quod hic com
munis ſubſtantia poteſt eẽ intẽtio eius ſub
ſtantie que eſt in re et cauſa formalis ⁊ aotio
rei et ſic ſecunda ſubſtantia erit prima ⁊ pri
ma ſecũda. uel poteſt eẽ vniuerſale abſtra
ctum a re et ſic eſt conſequẽs eſſe rei ⁊ vni
uerſale et non eſt ſubiectum ſed accidens. ut
in prima philoſophia dicit ariſtotiles libro
ſeptimo. ſic ergo vniuerſale quod eſt genus
et vniuerſale quod eſt ſpecies accepta ut no
tiones eſſentiales forme totius eſſe rei ĩ po
tentia uel in actu ſecunde ſubſtantie ſunt.
hoc ẽ ſecũdo ſubſtantes et ſecũdo in eẽ natu
re et actu ſubſiſtentes. et hoc mõ intelligit
ariſtotiles. Subſtãtiam autem que cõis
ẽ ap primam et ſecundam non diffinit ari
tiles q2 multiplr ẽ dicta de illis. Ex his aũt
que in prehitis determinata ſunt manifeſtũ
. q2 eorum que de ſubiecto dicuntur neceſſe
ẽẽ et vnũ nomen et vnam rõnem predicari
de ſubiecto ut de aliquo homine particulari
et rõ diffinitiua et nomen predicatur hoĩs
quod exemplo probatur. q2 quidam homo
homo ẽ et ſic nomen predicatur et ẽ animal
rõnale mortale et ſic predicat̃ rõ. aliter eim
non eẽt uerum qđ in phiſicis determinatũ
ẽ per illud principium duꝫ alterũ de altero
ut de ſubiecto predicatur. quecunqꝫ de pre
dicato dicuntur omnia de ſubiecto dicũtur.
tale enim predicatũ ẽ in diffinitione ſubie
cti. et ideo dat ſubiecto et nomen et rõnem ſi
cut in phiſicis oſtenſum ẽ. Ea uero que ſunt
de numero eorum directo in linea recta pre
dicamentali ſuppoſita ut in pluribus neqꝫ
nomen neqꝫ rõ predicatur de his quibus in
ſunt ſubiectis. in abſtractis. n. neqꝫ nomen
predicatur neqꝫ ratio quia corpus non ẽ al
bedo neqꝫ aĩa gramatica. In quibuſdã ve
ro ſicut in concretis nihil prohibet aliquan
do predicari nomen accidẽtaliter de ſubiec
tis in quibus ſunt. rõnem uero diffinitiuaꝫ
ipſorum predicari de ipſis ẽ impoſſibile. cu
ius exẽplum ẽ ut albũ quod cum in ſubiecto
ſit corpore predicatur noĩe de ſubiecto. dici
tur. n. uera predicatione accidentali corpꝰ ẽ
album ratio uero diffinitiua albi nunquaꝫ
predicatur de corpore. huius aũt cã pro cer
to ẽ ꝙ ſubiectũ hinc et inde non dicitur ſcđꝫ
vnam et eandem rõnem. cum. n. quod ẽ de
ſubiecto dicatur dare nomen ⁊ rõnem ſbo.
dicitur ſubiectũ in recta linea ſcđm predica
bilium eẽntialium ordinẽ ſuppoſitũ. cũ aũt
dicitur ꝙ ea que ſunt in ſubiecto non dant rõ
nem ſuam ſubiecto. quamuis aliquãdo dẽt
nomen non dicitur ſubiectum in linea predi
cabilium ſubſtantialiter ſuppoſitum ſed di
citur ſubiectum ens in ſe perfectuꝫ et ocaſio
et aliquo mõ cã alteꝝ a ſba exiſtendi in ipſo.
ut dicit auicena. Et quia non eodem modo

